Ecce dñs ascēdet sup nubē leuem: et ingrediet egiptū: et p̄mouebunt silacra egipti a facie ei': et cor egipti tabescet in medio ei'. Et p̄currē faciā egiptios aduersus egiptios: et pugbit vir p̄ fratrē suū: et vir p̄ amicū suū: ciuitas aduersus ciuitatē. regnū aduersus regnū: et dirūpetur spūs egipti ī visceribō ei': et p̄siliū ei' precipitabo: et interrogabūt silacra sua: et diuinos suos: et phitones: et ariolos: et tradam egiptū in manu dñoz crudeliū: et rex fortis dñabit eoz. ait autē dñs exercituz. Et arescet aqua de mari et flui' desolabit atq; siccabit: et deficiēt flumīa: attenuabūtur et siccabūtur riui aggez. Calam' et iuncus marcescet: nudabit alueus riui a fonte suo. Et oīs sementis irrigua siccabit: arescet et n̄ erit. Et merebūt pisces: et lugebūt omēs mītētes in flumē hamū: et expādentes rethe sup faciē aque marcescēt. Confundēt q̄ opabant linuz: plectētes et texētes subtilia. Et erūt irrigua ei' flaccētia: oēs q̄ faciebāt lacunas ad capiendos pisces. Stulti p̄cipes thaneos: sapiētes p̄siliarij pharaonis: dederūt p̄siliū insipiēs. Quō dicitis pharaoni fili' sapientiū: ego fili' regum antiquoz: Ebi nunc sunt sapiētes tui: Annūcient tibi et indicēt quid cogitauerit dñs exercituum super egiptū. Stulti facti sunt p̄cipes thaneos. emarcuerunt p̄cipes mēphos: deceperunt egiptū: anguluz populoz eius. Dñs miscuit in medio ei' spm̄ vertiginis: et errare fecerūt egiptum in omni opere suo: sicut erat ebrius et vomēs. Et n̄ erit egipto opus qd̄ faciat: caput et caudaz icuruatē et refrenatē. In die illa erit egipt' q̄si mlieres: et stupebūt et timebūt a facie p̄motōis man' dñi exercituū: quā ip̄e mouebit sup eā: et erit fra iuda egipto in festiuitatē. Om̄is q̄ illius fuerit recodatus: pauebit a facie p̄silij dñi exercituū qd̄ ip̄e cogitauit sup eā. In die illa erūt qnq; ciuitates ī fra egipti loqntes ligua chanaan: et iurātes p̄ dñm exercituū. Ciuitas sol vocabit vna. In die illa erit altare dñi in medio fr̄e egipti: et titul' dñi iuxta terminū ei': et erit in signū et ī testimoniū dñi exercituū in fra egipti. Clamabūt em̄ ad dñm a facie sblantis et mittz eis saluatorē

et propugnatorē qui liberet eos. Et agnosceretur dñs ab egipto: et agnoscent egiptij dñm in die illa: et colēt eū in hostijs et in mūeribz: et vota vouebūt dño et soluēt. Et pcutiet dñs egiptū plaga et sanabit eā: et reuertētur ad dñm et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa erit via de egipto in assirios: et inēbit assiri egiptū: et egiptius in assirios: et seruiēt egiptij assur. In die illa erit isrl. fci egipto et assirio. bñdictō in medio fr̄e: cui bñdixit dñs exercituz: dicens. Bñdictus pplus meus egipti et op manuū meaz assirio sit: hereditas autem mea israhel.

**Capitulum. XX.**

**I**n anno quo ingressus ē tharthan in azotū. Cum misisset eū sargon rex assirioz: et euz pugnasset ptra azotum et cepisset euz: in tpe illo locutus ē dñs ī manu ysaiē filij amos: dicens. Glade et solue saccū de lūbis tuis: et calciamēta tua tolle de pedibz tuis. Et fecit sic. Glades nudus et discalciat. Et dixit dñs. Sicut ambulauit seruus meus ysaias nudus et discalciat. trium annoz signū et portentuz erit sup egiptū et sup ethiopiā: sic minabit rex assirioz captiuitatē egipti: et ēnsmigtionē ethiopiē. iuuenē et senē. nudā et discalciatā discoopertis natibz ad ignominiam egipti. Et timebunt et cōfundentur ab ethiopia spe sua: et ab egipto glia sua. Et dicet hītor insule huius in die illa. Deccine erat spes nra: ad quos cōfugim⁹ in auxiliū: ut liberaret nos a facie regis assirioz. Et quō effugē poterim⁹ nos!

**Capitulum. XXI.**

**O**nus de sti maris. Sicut turbines ab affrico veniūt: de deserto venit de terra horribili visio dura nūciata est mihi. Qui incredul⁹ est: infideliter agit: et qui depopulator ē vastat. Ascende elam et obside medeba: omnē gemitū eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me: sicut angustia parturiētis. Corruī cū audirē: conturbat⁹ sum cū viderē. Emarcuit cor meum: tenebre stupefecerūt me. Babilon dilecta mea: posita ē mihi in miraculū. Pone mensā: pteplare in spectā. Comedētes et bibentes. surgite p̄cipes: arripite clipeuz. hec enī dixit mihi dñs. Glade et pone specu

latoz: et quobcūq; viderit annunciet. Et vidit currū duoz equitū. ascensoz azini: et ascensoz cameli: et pteplat⁹ est diligēter mlto intuitu. Et clamauit leo. Sup speculā. dñi ego suz stans iugiter p diē: et sup custodiā meaz ego sū stans totis noctibz. Ecce iste venit ascēsoz vir bige equitū. Et rñdit et dixit. Cecidit cecidit babilō: et oīa sculptilia deoz ei⁹ p̄trita sūt in terrā. Tristura mea et filia aree mee: q̄ audiui a dño exercituū deo isrl annūciaui vobis. Onus duma. Ad me clamauit rex seyr. Custos qd de nocte: custos qd de nocte: Dixit custos. Venit mane et nox. Si q̄ritis q̄rite: p̄uertimī: et venite. Onus ī arabia. In saltu ad vesperā dormietis: in semitis bodanīm. Occurrētes sitiēti ferre aquā: q̄ habitatis terrā austri. cū panibz occurrite fugienti. A facie enī gladioz fugeēt. a facie gladij iminētis. a facie arc⁹ extēti. a facie gnis plij: qm̄ hec dicit dñs ad me. Adhuc in vno āno q̄si in āno mercenarij: et aufere oīs glia cedaz. et fligē nūeri sagittarioz fortū de filijs cedaz iminuet. Dñs enī deus isrl locut⁹ est.

**Capitulum. XXII.**

**O**nus vall' visiois. Quidnaz tibi q̄ ē qz ascēdisti! Et tu oīs ī tecta clamoris plena: vrbs freqns. ciuitas exultās! Infecti tui n̄ interfecti gladio: nec mortui tui mortui in bello. Cūcti p̄cipes tui fugerūt siml: dureq; ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt victi sunt pariter procul fugerunt. Propterea dixi. recedite a me amare flebo. Nolite incubere: ut p̄solemī me sup vastitate filie ppli mei. Dies enī interfectōis et p̄culcatōis: et fletuū dño deo exercituū in valle visionis. Scrutans mup et magnific⁹ sup mōtē. Et elam sumpsit pharetrā: currū hoīs eq̄tis: et parietem nudauit clipe⁹. Et erūt electe valles tue plene q̄drigaz: et eq̄tes ponēt sedes suas in porta: et reuelabit⁹ operimentū iude. Et videbitis in die illa armamētariū dom⁹ saltus: et scissuras ciuitatis dauid videbitis: qz mltiplicate sūt. Et p̄gregastis aq̄s piscine inferioris: et domus ihrlm nūerastis: et destruxistis dom⁹ ab muniendū murū. Et lacū fecistis inter duos muros: et aquā piscine veteris: et n̄ suspexistis ad eū: qui fecerat eā: et operatores eius delōge nō vidistis. Et vocauit dñs de⁹ exercituū in

bie illa ad fletū: et ad planctū. ad caluiciū  
 um et ad cingulū sacci: et ecce gaudiū et leti-  
 ticia. occidere vitulos: et iugulare arietes:  
 comedere carnes et bibere vinū. Comedam  
 et bibam: cras enim moriemur. Et revela-  
 ta est vox in auribus meis dñi exercituum.  
 Si dimittet iniquitas hec vobis: donec mori-  
 amini: dicit dñs deus exercituum. **Dec** dicit  
 dñs deus exercituum. **Uade** ingredere ad euz  
 q̄ habitat in tabnaculo: ad sobnā p̄posituz  
 tēpli: et dices ad eū. **Quid** tu h̄: aut q̄si q̄s  
 hic: **Quia** excidisti tibi h̄ sepulcr̄: excidisti  
 i expulso mēoriale: diligēter impet̄ tabna-  
 culū tibi. **Ecce** dñs asportari te faciet: sic  
 asportat̄ gall̄ gallinaci: et q̄si amictū sic  
 s̄bleuabit te. **Coronās** coronabit te tribu-  
 latōne: q̄si pilā mittet te i terrā latā et spa-  
 ciosā. **Ibi** morieris: et ibi erit currus glie  
 tue: et ignomiā dom̄ dñi tui. **Expellaz** te  
 statōe tua: et de misterio tuo deponā te. **Et**  
 erit i die illa. **Vocabo** suū: meuz eliachim  
 filiū helchie: et induā illū tuīca tua: et cin-  
 gulo tuo p̄fortabo eū: et p̄tatē tuā dabo in  
 manu ei: et erit q̄si p̄ habitātibz ih̄rlm et  
 domui iuda. **Et** dabo clauē dom̄ dauid  
 sup h̄uēz ei: et apiet et n̄ erit qui claudat.  
 et claudet et non erit q̄ apiat. **Et** figam il-  
 lum parillū in loco fideli: et erit in solium  
 glie domui p̄ris sui: et suspendet̄ sup eum  
 omnē gl̄iam dom̄ p̄ris ei. **vasoz** diuersa  
 genera: om̄e vas paruulū. a vasis ceteraz.  
 usqz ad om̄e vas musicoz. **In** die illa di-  
 cit dñs exercituum. **Auferet̄** parillū q̄ fixus  
 fuerat i loco fideli: et frāget̄ et cadet: et peri-  
 bit qd̄ pependerat in eo: qz dñs locut̄ est.

Capitulum .XXIII.

**O**mus t̄yri. **Ululate** naues maris:  
 qz vastata est dom̄ v̄n̄ veire p̄sue-  
 uerāt: d̄ terra cethim. **reuelatū** est  
 eis. **Tacete** q̄ habitatis in insula: negoci-  
 atio sydonis. **Trāsfretātes** mare replene-  
 rūt te i aq̄s mltis: semē nili fluminis fru-  
 ges ei: et facta ē negociatio gentiū. **Eru-**  
 besce sydon. **Ait** em̄ mare et fortitudo ma-  
 ris: dicēs. **Non** parturivi et n̄ peperivi et nō  
 enutriui iuuenes: nec ad incrementū pdu-  
 xi virgines. **Cū** auditū fuerit i egipto: do-  
 lebūt cū audierit de t̄yro. **Trāsite** maria:  
 ululate q̄ hitatis in insula. **Nunq̄d** nō hec  
 v̄za est q̄ gliabat̄ a diebz pastinis in anti-  
 quitate sua: **Ducēt** eaz pedes sui longe ab

peregrinandū. **Quis** cogitauit hoc super  
 t̄ȳz q̄ndam coronatā: **Cui** negociatores  
 p̄ncipes: institores ei incliti ēre. **Dñs** ex-  
 ercituū cogitauit hoc. ut det̄ heret supbiā  
 om̄is glie: et ad ignomiā deduceret vni-  
 uersos inclitos terre. **Trāsi** terrā tuā q̄si  
 flumē filia maris: nō est cingulū vl̄ tibi.  
**Manū** tuam extēdit sup mare: p̄turbauit  
 regna. **Dñs** mādauit aduersus chanaan.  
 ut p̄tereret fortes ei. **Et** dixit. **Non** adici-  
 es vl̄ ut glieris calumniā sustinēs virgo  
 filia sydonis. **In** cethim p̄surgēs t̄nsfreta  
 ibi q̄ n̄ erit reges tibi. **Ecce** terra caldeoꝝ  
 tal̄ plus n̄ fuit: assur fundauit eā. **In** ca-  
 ptiuitatē t̄duxerūt robustos ei: suffode-  
 rūt dom̄ eius: posuerūt eaz in ruinā. **Alu-**  
 late naues maris: qz deuastata est fortitu-  
 do v̄za. **Et** erit in die illa: in obliuioe eris  
 o t̄yre septuaginta annis: sicut dies regis  
 vni. **Post** septuaginta aut̄ ānos erit t̄yro  
 q̄si canticū meretricis. **Sume** tibi citha-  
 ram: circue ciuitatez meretricis obliuione  
 t̄dita. **Bene** cane: frēq̄nta canticū: ut mēo-  
 ria tua sit. **Et** post septuaginta annos  
 visitabit dñs t̄ȳz: et reducet eā ad merce-  
 des suas: et rursū fornicabit̄ cū vniuersis  
 regnis terre sup faciē terre: et erunt nego-  
 ciatōnes ei: et mercedes ei sc̄tificatē dño.  
**Non** p̄dent̄ neqz reponent̄: qz h̄is q̄ habi-  
 tauert̄ corā dño erit negociatō ei: ut mā-  
 ducent in saturitate: et vesciatur usqz ad  
 vetustatem. **Capitulum .XXIII.**

**E**cce dñs dissipabit terrā et nudabit  
 eam: et affliget faciē ei: et disperget  
 hitatores ei. **Et** erit sicut p̄ls sic  
 sacerdos: et sicut seruus sic dñs eius: et sicut  
 ancilla sic dñs ei. **Sicut** emens sic ille q̄  
 vendit: sicut fenerator sic is qui mutuum  
 accipit: sicut qui repetit: sic q̄ debet. **Dissi-**  
 patōne dissipabit̄ terra: et direptōe p̄reda-  
 bit̄. **Dñs** em̄ locut̄ est verbū hoc. **Luxit** et  
 defluxit terra et infirmata est: defluxit orb̄  
 et infirmata ē altitudo p̄li terre: et terra  
 interfecta ē ab hitatoribz suis: qz t̄nsgressi  
 sūt leges: mutauerūt ius: dissipauerūt fed̄  
 sempiternū. **Prop̄** hoc maledictō forabit  
 terrā: et peccabūt hitatores ei: ideoqz in-  
 saniēt cultores ei: et relinq̄nt̄ hoies pau-  
 ci. **Luxit** vindemia: infirmata ē vitis: inge-  
 muerūt om̄es qui letabant̄ corde. **Cessauit**

gaudium timpanorum: quieuit sonitus letan-  
tium: conticuit dulcedo cithare. Cum cantico  
non bibet vinum: amara erit potio bibentibus  
illa. Attrita est ciuitas vanitatis: clausa  
est omnis domus nullo introeunte. Clamor  
erit super vino in plateis: defixa est omnis le-  
ticia: translatum est gaudium terre. Relicta est  
in urbe solitudo: et calamitas opprimet por-  
tas: quia hec erunt in medio terre in medio  
populorum. Quomodo si paucis oliue que remanserunt excu-  
tiatur ex oleo: et racemi cum fuerit finita vin-  
demia. Non leuabunt vocem suam atque lauda-  
bunt: cum glorificatus fuerit dominus hinciet de  
mari. Propter hoc in doctrinis glorificate  
dominum: in insula maris nomen domini dei israel. A  
finibus terre laudes audiuimus: gloriati iusti.  
Et dixi. Secretum meum mihi: secretum meum  
mihi. Ne mihi. Preuaricantes preuaricati  
sunt: et peraritate transgressorum peraricati sunt.  
Formido et fouea: et laqueus super te que habitator  
es terre. Et erit que fugerit a voce formidi-  
binis cadet in foueam: et que se explicauerit de  
fouea tenebitur laqueo quia chatbaracte de exelso  
aperte sunt: et percussent fundamenta terre. Et  
fractioe confringet terra: percussioe perteret terra.  
commotione commouebit terra: agitatione agi-  
tabit terra sicut ebur: et auferet quasi tabna-  
culum vniuersi noctis. Et quiescit eam iniquitas  
sua: et corruet et non adiciet ut resurgat. Et  
erit in die illa. visitabit dominus super miliciam celi  
in exelso: et super reges terre que sunt super ter-  
ram. Et congregabuntur in congregatione vniuersi  
fascis in lacum: et claudentur ibi in carcere: et  
post multos dies visitabuntur. Et erubescet  
luna: et deficiet sol: cum regnerit dominus exerci-  
tuum in monte syon et in iherusalem: et in conspectu  
senum suorum fuerit glorificatus.

Capitulum. .XXV.

**D**omine deus meus tu et exaltabo  
te: confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mi-  
rabilia: cogitationes antiquas fideles.  
amen. Quia posuisti ciuitatem in tumultu.  
urbem fortem in ruina: domum alienorum ut non sit  
ciuitas: et in sepienium non edificatur. Super hoc  
laudabit te populus fortis: ciuitas gentium ro-  
bustarum timebit te. Quia factus es fortitudo  
pauperis et fortitudo egeno in tribulatione sua:  
spes a turbine: umbraculum ab estu. Spiritus  
enim robustorum: quasi turbo impelles parietem:  
sicut est in siti tumultum alienorum humiliabis:  
et quasi calorem sub nube torret: propinquabis

forcium marcescere facies. Et faciet dominus  
exercituum omnibus populis in monte hoc. quoniam  
pinguium. quoniam vindemie. quoniam pin-  
guium medullarum: vindemie defecate. Et  
precipitabit in monte isto faciem vinculi col-  
ligati super omnes populos: et telam quam orbitus est  
super omnes nationes. precipitabit mortem in sempi-  
ternum. Et auferet dominus deus lacrimam ab omni  
facie: et obprobrium populi sui auferet de vni-  
uersa terra: quia dominus locutus est. Et dicit in die  
illa. Ecce deus noster iste: expectauimus eum et sal-  
uabit nos. Noster dominus: sustinuimus eum. Et ex-  
ultabimus et letabimur in salutari eius: quia  
requiescet manus domini in monte isto: et triturabitur  
moab sub eo: sicuti terunt palee in  
plaustro. Et extendet manus suas sub eo: sic  
extendit nationes ad natandum: et humiliabit glo-  
riam eius cum allisione manuum eius. Et munimenta  
sublimium murorum tuorum percident: et humiliabuntur  
et deherent in terram usque ad puluerem.

Capitulum.

.XXVI.

**I**n die illa cantabitur canticum istud  
in terra iuda. Urbs fortitudinis nostre  
syon: saluator ponetur in ea murus  
animurale. Aperte portas: et ingredietur gressus  
iusta. Custodiens vitam. Avertet error abijt:  
suam pacem: quia in te sperauimus. Spasius in  
domino in seculis eternis: in domino deo forti in  
perpetuum. Quia incuruabit habitantes in  
exelso: ciuitatem sublimem humiliabit. Humi-  
liabit eam usque ad terram: deheret eam usque  
ad puluerem. Conculcauit eam pes: pes pau-  
peris: gressus egenorum. Semita iusti recta  
est: rectus callus iusti ad ambulandum. Et in se-  
mita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te: no-  
men tuum et memoriale tuum in desiderio anime.  
Anima mea desiderauit te in nocte: sed et  
spiritus meo in precordiis meis: de mane vigila-  
bo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra: ius-  
ticiam discet omnes habitatores orbis. Misereatur  
mur impio: et non discet faciem iusticiam. In terra  
scorum iniquitas gessit: et non videbit gloriam domini.  
Domine exaltet manus tua et non videat: videant  
et profundant zelantes populi: et ignis hostes  
tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: omnia  
enim opera nostra operatus es nobis. Domine deus noster  
possiderunt nos domini absque te: tamen in te reco-  
demur nomini tui. Morientes non viuunt: qui  
gates non resurgant. Propterea visitasti et con-  
triuisti eos: et prohibisti omnem memoriam eorum.

playas

Indulxisti genti dñe: et indulxisti gēti: nū-  
 qd glificat' es: Elōzasti oēs tēmos terre.  
 Dñe in angustia reqsierūt te: in tribula-  
 tōne murmuris doctrina tua eis. Sicut q̄  
 cepit cū appropinquerit ad partū. dolēs  
 clamat in dolorib' suis: sic facti sum'. A  
 facie tua dñe pcepim' et q̄si parturivim' et  
 peperim' spm salutis: iusticiā nō fecimus  
 in terra: ideo n̄ ceciderūt hitatores t're. Ali-  
 uent mortui tui: infectiq; mei resurgēt.  
 Expgiscimī et laudate q̄ hitatis i puluē qz  
 ros lucis ros tu': et terrā gigantū de t'hes  
 in ruinā. Glade ppls me' in t' cubicla tua.  
 claudē hostia tua sup te: abscondē modicū  
 ab momentum: donec perēnseat indig'tio  
 mea. Ecce em̄ dñs egrediet' de loco sancto  
 suo: ut visitet iniq'tatē hitatoris terre p̄  
 eū: et reuelabit terra sanguinē suū: et non  
 opiet vlē interfectos suos. **Ca. XXVII**

**I**n die illa visitabit dñs in gladio  
 suo. duro. ḡndi et forti. sup leuiathā  
 than serpētē vectē: et sup leuiathā  
 serpentē tortuosū: et occidet cetū qui i ma-  
 ri est. In die illa vinea meri cantabit ei.  
 Ego dñs q̄ seruo eā: repētē p̄pinabo ei: ne  
 forte visitet' p̄ eā. Noctē et die suo eā: in-  
 dig'tio n̄ est mihi. Quis dabit me spinā et  
 vepzē in prelio: Gradiar sup eā. succendā  
 eā parit': an poti' tenebo fortitudiez meā:  
 Pacem faciet mihi: pacē faciet mihi. Qui  
 egredient' impetu ad iacob. flozabit et ger-  
 miabit isrl': et implebūt faciē orb' semie. Nū-  
 qd iuxta plagā pcutientis se pcutit eum:  
 Aut sic occidit infectos ei' sic occisus ē:  
 In mēsurā p̄ mēsurā cū abiecta fuerit iu-  
 dicabit eā: meditata est in spū suo duro p  
 diē estus. Idcirco sup hoc dimitte' iniq-  
 tas domui iacob: et iste oīs fruct': ut aufe-  
 ret' p̄ctm ei'. Cū posuerit oēs lapides al-  
 taris s̄c lapides cineris allisos: n̄ stabunt  
 luci et delubra. Ciuitas em̄ mūta desolata  
 erit: speciosa relinq̄tur et dimitte' q̄si des-  
 tum. Ibi pasce' vitul': et ibi accubabit: et  
 p̄sumet sūmitates ei'. In siccitate messis  
 illi' p̄terent' mlres: venietes et docētes ea.  
 Non est em̄ ppls sapiēs: p̄tērea n̄ misere-  
 bit' ei' q̄ fecit eū: et q̄ formauit eū. n̄ parcet  
 ei. Et erit in die illa. pcutiet dñs ab alued  
 flumīs vsq; ad torentē egipti: et vos p̄gre-  
 gabimī vn' et vn' filij isrl'. Et erit i die illa  
 Clange' i tuba mag': et venient qui p̄biti

fuerāt de t'ra assirioz et q̄ eiecti erāt de t'ra  
 egipti: et adora būt dñm in mōte sancto in  
 hierusalem. **Capitulū. .XXVIII.**

**U**e corone supbie. ebrijs ephraim: et  
 flozi decitēti. glie exultatōis ei': q̄  
 erāt i t'rice vall' pinguisime errā-  
 tes i vino. Ecce valid' et fortis dñs. sic ipe-  
 tus ḡndinis turbo p̄fringēs: sicut i petus  
 aqz mltaz inundantiū: et emissaz sup t'ra  
 spatiosaz pedib' p̄culcabit' corona supbie  
 ebrioz ephraim: et erit flos decitēs glie exul-  
 tatōis ei' q̄ est sup t'rice vall' pinguiū: q̄si  
 tpaneuz añ maturitatē autūni. Qd cū a-  
 spererit vidēs: statū vt manu tenuerit de-  
 uorabit illō. In die illa erit dñs exercitiū  
 corona glie: et fertū exultatōis residuo  
 ppli sui: et spūs iudicij sedēti sup iudiciū: et  
 fortitudo fructū de bello ad portā. Ele-  
 rū hij qz p̄ vino nescierūt: et p̄ ebrietate erra-  
 uerūt. Sacerdotes et p̄phe nescierūt p̄ ebrietate.  
 absorpti sūt a vino: errauerūt i ebrietate: ne-  
 scierūt vidētē. igraue' iudiciū. Oēs ei mē-  
 se r̄pleti sūt vomitu sordiuq;: ita vt n̄ esset  
 vlē loc'. Quē docebit sciaz: et quē itelligē  
 faciet audituz: Ablactatos a lacte. auul-  
 sos ab uberib': qz māda r̄māda. māda re-  
 māda. expecta reexpecta. expecta reexpe-  
 cta: modicū ibi. modicū ibi. In loq̄la ei la-  
 bij et lingua alē loq̄ ad pplm istū. cui dixit  
 Dec est requies mea. reficite lassuz: et hoc  
 est meum refrigerium: et noluerunt audis-  
 re. Et erit eis verbum domini. manda re-  
 manda. manda remanda: expecta reex-  
 peca. expecta reexpecta: modicum ibi. mo-  
 dicū ibi: vt vadāt et cadāt rotrosū: et p̄te-  
 rā' et illaq̄ent' et capiāt. Prop̄ hoc audite  
 v̄bū dñi viri illusozes q̄ dñamī sup pplm  
 meū q̄ ē i isrlm. Dixistis ei. Percussim' fe-  
 d' cū morte: et cū iferno feci' pactū. Flagel-  
 lū inūdas cū t̄nsierit n̄ veiet sup nos: qz po-  
 suim' mēdaciū spē nr̄az: et mēdatio p̄tecti  
 sum'. Idcirco hec dic' dñs de'. ecce ego mit-  
 tā i fūdantis s̄yō lapidē. lapidē p̄batū. an-  
 glazē p̄ciosū i fūdantio fūdātū. Qui credi-  
 derit n̄ festiet. Et ponā iudiciū i pondē: et  
 iusticiā i mēsurā. Et subuertet ḡndo spē mē-  
 dacij et p̄tectōz aq̄ inūdabūt: et delectib' fed'  
 v̄m cū morte: et pactū v̄m cū iferno n̄ sta-  
 bit. Flagellū inūdas cū t̄nsierit: eritis ei i  
 p̄culcatōnez. Qncūq; p̄nsierit tollet vos:  
 qm̄ mane diluclō p̄nsiuit i die et i nocte et

tantūmodo sola veratio intellectū dabit  
 auditui. Coangustatū est enim stratū: ita  
 ut alter decidat: et palliū breue utriūq;  
 oprire nō p̄t. Sicut em̄ in mōte diuisionum  
 stabit dñs. sic in valle q̄ est ī gabaon irā:  
 sceē: ut faciāt op' suū. alienū est op' eius:  
 ut opet opus suū. peregrinū est opus eius  
 ab eo. Et nūc nolite illudere: ne forte con:  
 stringantē vinclā v̄a. Consumationē em̄  
 et abbreviationē audiui a dño deo exerci:  
 tuū sup vniuersā terrā. Aurib; p̄cipite et  
 audite vocē meā: attēdite et audite eloq;  
 meū. Nūq̄d tota die arabit arās. ut serat:  
 proscindet: et sariet humū suā: Nonne cū  
 adequerit faciē ei' seret gith: et ciminum  
 sparget: et ponet triticū p̄ ordinē et ordeū:  
 et miliū: et viciā in finib; suis: Et erudiet  
 illū in iudicio: deus su' docebit illū. Non  
 enī ī ferris triturabit gith. nec rota plau:  
 stri sup ciminū circuiet: sed in virga excu:  
 ciet gith: et ciminū in bacto: panis autez  
 p̄minuet. Clez n̄ in p̄petuū triturans tri:  
 turabit illū: neq; verabit eū rota plaustri  
 nec in vngul' suis p̄minuet eum. Et hoc a  
 dño deo exercituū exiuit: ut mirabile face:  
 ret consiliū et magnificaret iusticiam.

Capitulum. .XXIX.

**U**E ariel. haniel ciuitas quā expu:  
 gnauit dauid. Addit' est ann' ad  
 annuz. solennitates euolute sunt:  
 circūuallabo haniel et erit tristis et merēs:  
 et erit mihi q̄si ariel. Et circūdabo q̄si spe:  
 raz in circuitu tuo: et iaciā p̄ te aggerē:  
 et munimēta ponā in obsidionē tuā. Du:  
 miliaberis. de terra loq̄ris: et de humo au:  
 dieē eloquiū tuuz. Et erit q̄si phitonis de  
 fra vox tua: et de humo eloquiū tuū musi:  
 tabit. Et erit sicut puluis tenuis multitu:  
 do ventilantiū te: et sicut familla p̄nsiēs  
 mltitudo eoz q̄ p̄ te p̄ualuerit eritq; re:  
 pente p̄festim a dño exercituū. visitabit  
 in tonitruo et p̄motōne terre: et voce maḡ  
 turbinis et tēpestatis et flāme ignis deuo:  
 rātis. Et erit sic somniū visionis noctur:  
 ne. mltitudo oīm gentiū qui dimicauerūt  
 p̄tra ariel: et oēs q̄ militauerūt et obsederūt et  
 p̄ualuerūt aduersus eā. Et sic sōniat esu:  
 riēs et p̄medit. cū at fuerit exp̄gefact' va:  
 cua est anīa ei': et sic sōniat sitiēs et bibit:  
 et postq̄ fuerit exp̄gefact' adhuc sitit. et aīa  
 ei' vacua est: sic erit mltitudo oīm gētū

que dimicauerūt p̄tra montē syon. Obsu:  
 pescite et ammiramini. fluctuate et facilla:  
 te: inebriamī et n̄ a vino: mouemī et nō ab  
 ebrietate: qm̄ miscuit vob dñs spm̄ sopo:  
 ris. Claudet oculos v̄os: p̄phas et p̄cipēs  
 v̄os q̄ vidēt visiones operiet. Et erit vob  
 visio oīm sicut verba libri siḡti: quē cum  
 tederint sciētī l̄ras dicēt lege istū: et r̄nde:  
 bit n̄ possum. siḡtus est em̄. Et dabit' liber  
 nesciētī l̄ras diceē q; ei lege: et r̄ndebit. ne:  
 scio l̄ras. Et dixit dñs: eoq; appropinq̄t po:  
 pul' iste ore suo et labijs suis glorificat me.  
 cor aut' ei' longe est a me: et timuerūt me  
 mādato hoīm et doctrinis: ideo ecce ego  
 addā ut ammiratōez faciā p̄plo huic mira:  
 culo ḡndi et stupendo. Peribit em̄ sapiā  
 a sapientibus eius: et intellectus prudē:  
 tiuz ei' abscondet. Ne q̄ p̄fundi estis corde:  
 ut a dño absconditis p̄siliū: q̄z sūt in tene:  
 bris opa: et dicūt. q̄s videt nos: et q̄s nouit  
 nos: Peruersa ē hec v̄a cogitatō: q̄si si lu:  
 tum p̄t vigilum cogitet: et dicat opus fa:  
 ctori suo. nō fecisti me: et figmentū dicat  
 factori suo: nō intelligis. Nonne adhuc in  
 modico et in breui p̄uertet liban' in cher:  
 mel: et chermel in saltū reputabit' Et au:  
 diēt in die illa surdi verba libri: et de tene:  
 bris et caligine oculi cecoz videbūt. Et ad:  
 dent mites in dño leticiā: et pauperes ho:  
 mines in sc̄to isrl' exultabūt: qm̄ defecit q̄  
 p̄ualebat. p̄summat' est illuzor: et succisi  
 sūt oēs q̄ vigilabāt sup iniq̄tatē: q̄ pecca:  
 re faciebāt hoīes in verbo: et arguentē in  
 porta suplātābāt: et declāuerūt frustra a  
 iusto. Prop̄ hoc hec dicit dñs ad domuz  
 iacob q̄ redemit abrahā. Nonmō p̄fundet  
 iacob: necmō vult' eius erubescet: sed cū  
 viderit filios suos opa manuz meaz: in  
 medio sui sc̄tificātes nomen meū: et sc̄tifi:  
 cabūt sc̄m iacob: et deū isrl' predicabūt et  
 sciēt errātes spū intellectum: et musitato:  
 res discent legem.

Capitulum. .XXX.

**U**E filij deſtores dicit dñs: ut face:  
 retis p̄siliū et n̄ ex me: et ordiremī  
 telā et nō p̄ spm̄ meū: ut adderetur  
 pctm sup pctm: q̄ ambulatis ut descenda:  
 tis in egiptū: et os meū non in̄rogastis:  
 spantes auxiliū in fortitudie pharaōis: et  
 hñtes fiduciā in umbra egipti: et erit vob  
 fortitudo pharaōis in p̄fusione: et fiducia

in umbra egipti in ignominia. Verant enim  
 in thanes principes tui et nuncij tui: usque ad  
 thanes puenerunt. Omnes confusi sunt super populo  
 que eis preesse non potuit. Non fuerit in auxilium  
 et in aliquam utilitatem: sed in confusionem et in  
 obprobrium. Quod iumentorum austri. In terra  
 tribulationis et agustie. leena et leo. ex eis vi-  
 pera: et regulus volans: portantes super humeros  
 iumentorum diuitias suas: et super gibbum came-  
 lorum thesauros suos: ad populum que eis preesse  
 non poterat. Egiptus enim frustra et vana auxili-  
 abitur. Ideo clamaui super hoc: superbia tua est.  
 Quiesce. Nunc ingressus scribe eis super buxum: et  
 in libro diligenter exara illud: et erit in die  
 nouissimo in testimonium usque in eternum.  
 Populus enim ad iracundiam puocatus est: et filij  
 medaces. filij nolentes audire legem dei que di-  
 citur videtibus: nolite videre. et aspicientibus: nolite  
 te aspice nobis ea que recta sunt. Loquimini nobis  
 placetia. videte nobis errores: auferte a me  
 viam. declinate a me semitam. cesset a facie nostra  
 sanctus israel. Propterea hec dicit sanctus israel: pro eo  
 quod probastis verbum hoc: et spastis in calumnia et  
 tumultu: et innixi estis super eo. Propterea  
 erit vobis iniqtas hec. sicut interruptio ca-  
 dens: et requisita in muro excelso: quoniam subito  
 dum non sperat veiet peritio eius: et diminuetur  
 sicut perit lagena vigli peritioe pualida: et  
 non inuenietur de fragmentis eius testa: in qua por-  
 tetur igniculus de incendio: aut hauriat parum  
 aque de fouea: quia hec dicit dominus deus sanctus  
 israel. Si reuertimini et quiescatis salui eritis.  
 In silentio et in spe erit fortitudo vestra: et non  
 luitis et dixistis. Nequaquam: sed ad equos fugie-  
 mus: ideo fugietis. Et super veloces ascendetis  
 muros: ideo velociores erit que plequent vos. Mille  
 homines a facie frontis vestri: et a facie frontis quoniam  
 fugietis: donec relinquentur quasi malus navis  
 in otice motis: et quasi signum super collum. Pro-  
 pterea expectat dominus ut misereatur vestri: et ideo  
 exultabit parcens vobis: quia deus iudicij dominus.  
 bene omnes que expectant eum. Populus enim syon ha-  
 bitabit in iherusalem: plorans nequaquam plorabit:  
 miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris  
 tui statim ut audierit respondebit tibi: et dabit  
 tibi dominus panem artum: et aquam breuem: et non faci-  
 et auolare a te vultu doctorum tuum: erunt oculi  
 tui videtes preceptorum tuum: et aures tue au-  
 diet verbum per tergum monentis. Hec est via am-  
 pliate in ea et non declinetis neque ad dexteram ne-  
 que ad sinistram. Et ptamias lamias sculpti-

lium argenti tui: et vestimentum pflatil au-  
 ri tui et disspges ea sicut immundicia mens-  
 struate. Egredere dices ei. Et dabitur plu-  
 uia semini tuo ubicumque seminaueris in terra  
 et panis frugum terre erit uberrimus et pin-  
 guis. Pasces in possessione tua in die illo  
 agnus spaciose et thauri tui et pulli azinorum  
 que opantur terra. p mixtum migma comedet: sic  
 ut in area ventilatum est. Et erit super omnes  
 montes exellus: et super omnem collum eleuatum ri-  
 uum currentium aquarum: in die infestationis multorum:  
 cum ceciderint turre. Et erit lux lune sicut  
 lux solis et lux solis erit septupliciter: sicut lux se-  
 ptem diebus: in die que alligauerit dominus vuln-  
 um populi sui et percussuram plage eius sanauerit. Ecce  
 nomen domini venit de longinquo: ardet furor eius:  
 et quis ab portandum. Labia eius repleta sunt  
 indignatione. et lingua eius quasi ignis deuorans.  
 Spiritus eius velut torrens inundans usque ad me-  
 dium colli. ad prebas gemitus in nihilum: et fre-  
 num errois quod erat in maxilla populi. Canticum  
 erit vobis sicut vox sanctificationis solenitatis: et  
 leticia cordis sicut que pergit cum tibia: ut in-  
 tret in montem domini ad fortem israel. Et audita  
 faciet dominus gloriam vocis sue: et frontem brachij  
 sui ostendet in pmiatone furoris et flamma ignis  
 deuorantis: allidet in turbine et in lapide gran-  
 dinis. A voce enim domini pauebit assur virga  
 percussus: et erit ensis vige fundatus que re-  
 quiescere faciet dominus super eum in timpanis et cy-  
 tharis et bellum precipuis expugnet eos. Pre-  
 parata est enim ab heri topbet a rige preparata  
 profunda et dilatata. Nutrimta eius ignis:  
 et ligna multa: flat dominus sicut torrens sul-  
 phuris succendens eam. **Capitulum XXXI.**

**U** que descendent in egiptum ad auxilium  
 in equos spantes: et hutes fiduciam su-  
 per quibus quia multe sunt: et super equibus  
 que pualidi nimis: et non sunt confisi super sanctum  
 israel et dominum non exsistit. Ipse autem sapiens abdu-  
 xit malum: et verba sua non abstulit: et surget  
 contra domum pessimorum: et contra auxilium opantium  
 iniqtate. Egiptus homo et non deus: et equus eorum  
 caro et non spiritus: et dominus incliabit manum suam  
 et corruet auxiliator: et cadet cui prestat au-  
 xilium. sicut omnes presumunt: quia hec dicit dominus ad  
 me. Quomodo si rugiat leo et catulus le-  
 onis super prebiam suam: cum occurrerit  
 ei multitudo pastorum a voce eorum non  
 formidabit et a multitudine eorum non  
 pauebit: sic descendet dominus exercituum ut

prelietur sup montē syon et sup collē ei'.  
Sicut aues volātes: sic pteget dñs exer-  
cituū ihrlm: ptegēs ⁊ liberās. Ensiēs ⁊ sal-  
uans. Couertimī sicut ī pfundū recessera-  
tis filij isrl. In die enī illa abiciet vir ydo-  
la argēti sui: ⁊ ydola auri sui q̄ fecerūt vob̄  
man' v're in peccatū: ⁊ cadet assur in gla-  
dio nō viri: et gladi' n̄ hoīs vorabit euz:  
et fugiet n̄ a facie gladij et iuuenes ei' ve-  
ctigales erūt: ⁊ fortitudo ei' a terrore en-  
sibit: ⁊ pauebūt fugiētes p̄cipes ei'. Di-  
xit dñs. cui' est ignis in syon: et caminus  
eius in hierusalem. **Capitulum. XXXII.**

**E**cce in iusticia regnabit rex: ⁊ p̄-  
cipes in iudicō p̄erūt: ⁊ erit vir  
sicut q̄ abscondit' a vento: ⁊ celat se  
a tēpestate: sic riuū aquarū in siti: ⁊ umbra  
petre p̄minētis in terra deserta. Non ca-  
ligabūt oculi videntū ⁊ aures audientū  
diligentē auscultabūt: ⁊ cor stultorū intelli-  
get scientiā: ⁊ lingua balborū velocit' loq̄-  
tur et plane. Non vocabit' vlē is q̄ insipi-  
ens ē p̄cipes: neq; fraudulētus appellabi-  
tur maior. Stult' enī fatua loquet': et cor  
eius faciet iniquitatē: vt pficiat silationē: ⁊  
loquat' ad dñm fraudulēt': ⁊ vacuā faciat  
animā esuriētis: et potū sitienti auferat.  
Fraudulētī. vasa pessima sunt: ipse enī co-  
gitationes p̄cinnabit ad p̄ndos mites in  
sermone mēdaciū: cū loq̄ret' paup iudiciū.  
P̄nceps vero ea que digna sunt p̄cipi  
cogitabit: ⁊ ipse sup iudices stabit. Mulie-  
res opulēte surgite: ⁊ audite vocē meā: fi-  
lie p̄fētēs p̄cipite aurib; eloquiū meum.  
Post dies enī et annū: ⁊ vos p̄turbamini  
p̄fētēs. Consumata est enī vindemia: col-  
lectio vlē n̄ veniet. Obstupescite opulēte.  
cōturbabimini p̄fētēs: exuite vos ⁊ con-  
fundamini: accingite lūbos v̄ros sup vbera.  
Plangite sup regione desiderabili: sup  
vineā vertili. Sup humū ppli mei spine ⁊  
vepres ascendēt: q̄ntomagis super oēs do-  
mos gaudij ciuitatis exultātis: dom' enī  
dimissa est. mltitudo vrbis relicta est: tē-  
nebre ⁊ palpatō facte sunt super spelūcas  
vsq; in eternū. Gaudium onagrorū pasqua  
gregū: donec effundat' sup nos spūs de ex-  
celso. Et erit desertū in chermel: ⁊ chermel  
in saltū reputabit': et habitabit ī solitudine  
iudicium: et iusticia ī chermel sedebit. Et  
erit opus iusticie pax: et cultus iusticie su-

lentiū: ⁊ securitas vsq; in sempiternū. Et  
sedebit pplus me' in pulcritudine pacis:  
⁊ in tabnacul' fiducie ⁊ in requie opulēta.  
Grādo at' in descēsiōne saltus: ⁊ hūilitate  
hūiliabit' ciuitas. Beati qui seminat' sup  
oēs aquas: imitētes petē bouis et azini.

**Capitulum. XXXIII.**

**U**e qui p̄edaris: nonne ⁊ ipse p̄da-  
beris: Et q̄ spernis: nonne et ipse  
sperneris: Cū p̄sumaueris tēpda-  
tionē tēp̄daberis: cū fatigatus desieris.  
p̄tēneris. Dñe miserē nr̄i te enī expecta-  
mus: esto brachiū nr̄m in manē: ⁊ sal' nr̄a  
in tpe triblatōis. A voce angeli fugerunt  
ppli: et ab exaltatōne tua dispse sunt gen-  
tes. Et cōgregabunt' spolia v̄ra sicut colli-  
gatur brucus: velut cū fosse plene fuerint  
d' eo. Magnificat' ē dñs qm̄ habitabit in ex-  
celso: implebit syon iudicio ⁊ iusticia: ⁊ erit  
fides in t̄pib; suis. Diuitie salutis sapia ⁊  
sciētia: timor dñi ipse thesaur' eius. Ecce  
vidētes clamabūt foris: angeli pacis ama-  
re flebūt. Dissipate sunt vie: cessauit en-  
s p̄ semitā: irritū factū est pactū: p̄ciet  
ciuitates. n̄ reputauit hoies. Luxit ⁊ elā-  
guit' tra: cōfusus est liban' ⁊ absurdit'. Et  
fact' ē saron sic' tēstū: ⁊ cōcussa ē basā et  
carmel'. Nūc consurgā dicit dñs: nūc ex-  
altabor ⁊ nūc subliabor. Cōcipietis odorē  
et parietis stipulā: spūs v̄r vt ignis vorā-  
bit vos: et erunt ppli q̄si de incēdio cinis:  
spine cōgregate igni cōburent'. Audite q̄  
longe estis q̄ fecerim: ⁊ cogscite vicini for-  
titudinē meā. Contriti sunt ī syon pecca-  
tores: possedit timor ypocritas. Quis po-  
terit hitare de vob̄ cū igne deuorante: aut  
q̄s habitabit ex vob̄ cū ardore sempiternis:  
Qui ambulat ī iusticijs ⁊ loquit' veritatē: q̄  
picit auariciā ex calūnia: ⁊ excutit man'  
suas ab omī munere. Qui obturat aures  
suas ne audiat sanguinē: et claudit oculos  
suos ne videat malū: iste ī excels' habitabit:  
muimēta saxorū sublimitas eius: panis ei  
dat' est: aque ei' fideles sūt. Regē ī decore  
suo videbit: oculi ei' cernēt terrā delonge:  
cor tuū meditabit' timorē. Ubi ē l̄rat'. ubi  
legis v̄ba ponderās. ubi doctor paruulorū:  
pplm̄ imprudentē n̄ videb;. pplm̄ alti s̄monis:  
ita vt n̄ possis itelligē distitubinem lingue  
ei': ī q̄ nulla ē sapia. Respice syon ciuita-  
tē solennitatis nr̄e. oculi tui videbūt ihrlm

habitationez opulentā. tabernaculū qđ ne-  
 quaq̄ transferri poterit: nec auferent̄ cla-  
 ui ei⁹ in sempiternū. ⁊ om̄es funiculi eius  
 nō rūpent̄: quia solūmodo ibi magnifica-  
 tus est dñs nr̄. Locus fluior̄ riuī latissi-  
 mi ⁊ potētis: nō transibit sup eū nauis re-  
 migū: neq; trieris magna transgrediet̄ eū.  
 Dñs em̄ iudex nr̄. dñs legiser nr̄. dñs rex  
 nr̄. ip̄e veniet et saluabit nos. **L**axati sunt  
 funiculi tui: sed nō p̄ualebūt. Sic erit ma-  
 lus tuus vt dilatate signū nō q̄as. Tūc di-  
 uident̄ spolia p̄darū multar̄: claudi diripi-  
 ent rapinā: nec dicet vicin⁹. elāguī. Popu-  
 lus q̄ habitat ī ea: auferet̄ ab eo iniqtas.

Capitulum. XXXIII.

**A**ccedite gentes audite. ⁊ ppli atten-  
 dite: audiat terra ⁊ plenitudo ei⁹.  
 orbis ⁊ om̄e germē ei⁹: qz indigna  
 tō dñi sup om̄es gētes: ⁊ furor sup vniuer-  
 sam maliciam eor̄. Interfecit eos: ⁊ dedit  
 eos in occisionē. Interfecti eor̄ picient̄: ⁊  
 de cadaueribz eor̄ ascēdet fetor. Tabescent  
 mōtes a sāguīe eor̄. ⁊ tabescet oīs milicia  
 celoz: ⁊ p̄plicabūt̄ sicut liber celi: ⁊ oīs mi-  
 licia eor̄ defluet sicut defluit foliū d̄ vinea  
 et de ficu: qm̄ inebriat̄ ē ī celo gladi⁹ me⁹.  
**E**cce sup ydumeā descēdet: ⁊ sup pplm̄ iter-  
 fectōnis mee ad iudiciū. Gladi⁹ dñi reple-  
 t⁹ ē sanguine: incrassat⁹ ē adipe de sāguīe  
 agnoz ⁊ hircoz. ⁊ d̄ sāguīe medullatorū  
 arietū. **V**ictima em̄ dñi ī bosra: ⁊ iterfectō  
 magna ī terra edom: ⁊ descēdet unicomnes  
 cuz eis. ⁊ thauri cū potētibz. Inebriat̄ ēra  
 eor̄ sāguīe. ⁊ hum⁹ eor̄ adipe pinguiuz:  
 qz dies vltionis dñi. an⁹ retributōnis iudi-  
 cij sion. **E**t p̄uertēt̄ torrentes ei⁹ ī picē: et  
 hum⁹ ei⁹ ī sulphur. **E**t erit terra ei⁹ ī picem  
 ardentē nocte ⁊ die: n̄ extinguet̄ ī sēpiter-  
 nū. **A**scēdet fum⁹ ei⁹ a generatōe ī genera-  
 tōez: desolabit̄ ī seclā seclor̄. **N**ō erit trāsi-  
 ens p̄ eā: ⁊ possidebūt̄ illā onocrotal⁹ ⁊ eri-  
 cius: ⁊ iber ⁊ coru⁹ habitabūt̄ ī ea. **E**t extē-  
 det sup eā mēsurā vt redigat̄ ad nihilū: ⁊  
 p̄pendiculū ī desolatōez. **N**obiles ei⁹ n̄ erūt  
 ibi. regē poci⁹ iuocabūt̄: ⁊ oēs p̄cipes ei⁹  
 erūt ī nihilū. **E**t orientē ī domibz ei⁹ spine ⁊  
 ortice. ⁊ paliurus ī munitōibz ei⁹: ⁊ erit cu-  
 bile draconū. ⁊ pascua strutionū: ⁊ occur-  
 rēt demonia: onocentaurus ⁊ pilosus cla-  
 mabit alter ad alterū. **I**bi cubauit lamia  
 ⁊ inuenit sibi requiem: ibi habuit foueam

erici⁹. ⁊ enutriuit catulos: ⁊ circūfodit et  
 fouit in umbra eius. **I**lluc cōgregati sunt  
 milui. alter ad alterū. **R**equirite diligētēter  
 in libro dñi ⁊ legite: vnū ex eis n̄ defuit. al-  
 ter alterū nō q̄siuit: q̄a qđ ex ore meo p̄ce-  
 dit ille mandauit: ⁊ spūs ei⁹ ip̄e p̄gregauit  
 ea: ⁊ ip̄e misit eis sortē. ⁊ man⁹ eius diuisit  
 eā illis ī mēsurā. **E**tq; ineternū possidebūt  
 eā: in generatōe ⁊ generatōne habitabūt  
 in ea. **Capitulum. XXXV.**

**E**tabit̄ deserta ⁊ iuia: et exultabit  
 solitudo. ⁊ florebūt̄ quasi liliū. **G**er-  
 minās germinabit: ⁊ exultabit le-  
 tabunda ⁊ laudās. **G**loria libani data est  
 ei: decoz carmeli ⁊ saron. **I**psi videbūt̄ glo-  
 riaz dñi: ⁊ decore dei nostri. **C**ōfortate ma-  
 nus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate.  
**D**icite pusillanimis: p̄fortamini et nolite  
 timere. **E**cce de⁹ vester vltionē abducat re-  
 tributōnis: de⁹ ip̄e veniet et saluabit nos.  
**T**unc apient̄ oculi cecoz: ⁊ aures surdoz  
 patebunt. **T**ūc saliet sicut ceruus claud⁹.  
 ⁊ apta erit lingua mutoz: qz scisse sunt in  
 deserto aque. ⁊ torrentes in solitudine: ⁊ q̄  
 erat arida in stagnū. ⁊ siciēs in fontes aq̄-  
 rum. **I**n cubilibz ī q̄bz prius dracones ha-  
 bitabant. oriet̄ viroz calami ⁊ iunci: ⁊ erit  
 ibi semita: et via sancta vocabit̄. **N**ō trāsi-  
 bit p̄ eā pollutus: ⁊ hec erit vobis directa  
 via: ita vt stulti nō errent p̄ eā. **N**on erit  
 ibi leo: ⁊ mala bestia nō ascendet p̄ eā nec  
 iueniet̄ ibi. **E**t ambulabūt̄ q̄ liberati fue-  
 rint ⁊ redempti a dño p̄uertent̄: ⁊ venient  
 ī sion cū laude: ⁊ leticia sempiterna super  
 caput eorū. **G**audiū ⁊ leticiā obtinebunt:  
 ⁊ fugiet dolor et gemitus.

Capitulum. XXXVI.

**E**t factū est in quartodecimo anno  
 regis ezechie: ascēdit sennacherib  
 rex assirioz super om̄es ciuitates  
 iuda munitas: ⁊ cepit eas. **E**t misit rex as-  
 sirioz rabsacen de lachis ī hierusalē. ad re-  
 gez ezechia ī manu ḡui: ⁊ stetit ī aq̄ductu  
 piscine supioris. ī via agri fullōis. **E**t egres-  
 s⁹ ē ad eū etiachim fili⁹ elchie q̄ erat sup do-  
 mū. ⁊ sobna scriba. et iohae fili⁹ asaph a p̄-  
 mētarijs. **E**t dixit ad eos rabsaces. **D**icite  
 ezechie. **H**ec dicit rex magn⁹ assirioz. **Q**ue  
 ē ista fiducia q̄ p̄fidis: aut q̄ p̄silio vlt̄ forti-  
 tudie r̄bellae dispois: **S**up quē hēs fiduci-  
 az: qz r̄cessisti a me: **E**cce p̄fidis sup baculū

harūdineū p̄fractū istū sup egiptuz: cui si  
innixus fuerit hō. intrabit ī manū ei⁹ et p̄  
forabit eam: sic pharao rex egipti om̄ibus  
q̄ p̄fidūt ī eo. **Q**uod si r̄nderis mihi. ī dño  
deo nostro confidim⁹: nōne ipse est cuius  
abstulit ezechias excelsa et altaria. ⁊ dixit  
iude ⁊ hierusalē coram altari isto adorabi  
tis: **E**t nūc trade te dño meo r̄gi assirioꝝ:  
⁊ dabo tibi duo milia eq̄ꝝ. nec poteris ex  
te p̄bere ascensores eoz. **E**t quō sustinebis  
faciez iudicis vnus loci ex seruis dñi mei  
minorib⁹: **Q**uod si confidis ī egipto ī quadri  
gis. ⁊ ī equitib⁹: ⁊ nūc nūq̄ sine dño ascen  
di ad terrā istam. ut disp̄derē eam. **D**ñs di  
xit ad me. **A**scende sup terrā istam: ⁊ disp̄  
te eam. **E**t dixit eliachim. ⁊ sobna. ⁊ ioabe  
ad rabsacen. **L**oq̄re ad seruos tuos s̄jra lī  
gua itelligim⁹ em̄: ne loq̄ris ad nos iudaice  
in aurib⁹ ppli q̄ ē sup murū. **E**t dixit ad  
eos rabsaces. **N**ūquid ad dñm tuū et ad te  
misit me dñs meus. ut loquerer om̄ia ver  
ba ista: ⁊ nō potius ad viros q̄ sedēt ī mu  
ro ut comedant stercora sua. ⁊ bibant vri  
naz pedū suoz vobiscū: **E**t stetit rabsaces:  
et clamauit voce magna iudaice et dixit.  
**A**udite verba regis magni r̄gis assirioꝝ.  
**H**ec dicit rex. **N**ō seducat vos ezechias. q̄a  
ñ poterit eruere vos: ⁊ ñ vob̄ tribuat fidu  
ciam ezechias sup dño dicēs. eruēs libera  
bit nos dñs: nō dabit̄ ciuitas ista ī manu  
regis assirioꝝ. **N**olite audire ezechias: hec  
ei dicit rex assirioꝝ. **F**acite mecū b̄ndictō  
nē. ⁊ egredimī ad me: ⁊ comedite vnusq̄sq̄  
vineaz suam. ⁊ vnusq̄sq̄ ficū suaz: ⁊ bibite  
vnusq̄sq̄ aquam cisterne sue: donec veniaz  
⁊ tollam vos ad terrā q̄ ē terra v̄a. terraz  
frumētī ⁊ vini: terrā panuz et vineaz. **N**ec  
p̄turbet vos ezechias dicēs: dñs liberabit  
nos. **N**ūq̄ liberauerūt dñj gētīū vnusq̄sq̄  
terrā suam de manu regis assirioꝝ. **U**bi ē  
deus emath et arfad: **U**bi de⁹ sepharuaim:  
**N**ūq̄ liberauerūt samariaz d̄ manu mea:  
**Q**uis ē ex oīb⁹ dñjs terraz istarū q̄ eruerit  
terrā suam de manu mea: ut eruat dñs hie  
rusalē de manu mea: **E**t siluerit ⁊ ñ r̄nderit  
ei verbū. **M**adauerat em̄ rex dicēs: ne r̄n  
deatis ei. **E**t egressus ē eliachim fili⁹ elchie  
q̄ erat sup domū. ⁊ sobna scriba. ⁊ ioabe fili  
us asaph. a cōmentarijs ad ezechiam scil  
lis vestib⁹: ⁊ nūciauerit ei verba rabsacis.

**C**apitulum XXXVII.

**E**t factū ē cū audisset rex ezechias  
scidit vestimenta sua. ⁊ obuolutus  
ē sacco: ⁊ intrauit in domū dñi. **E**t  
misit eliachim qui erat sup domū. et sobna  
scribam. ⁊ seniores d̄ sacerdotib⁹ optos sac  
cis. ad ysaiam filiū amos p̄phetam: ⁊ dixe  
rūt ad eū. **H**ec dicit rex ezechias. **D**ies tri  
bulatōis ⁊ corruptōnis. ⁊ blasphemie dies  
hec: q̄ venerit filij vsq̄ ad partū. ⁊ virt⁹ nō  
ē pariendi. **S**i quō audiat dñs de⁹ tu⁹ ver  
ba rabsacis: quē misit rex assirioꝝ dñs su  
us ad blasphemandū dominū deuz viuen  
tē: ⁊ exprobrādū s̄monib⁹ q̄s audiuit domi  
n⁹ de⁹ tu⁹. **L**euā ergo oratōez p̄ reliquijs q̄  
repte sūt. **E**t venerit serui regis ezechie ad  
ysaiā: ⁊ dixit ad eos ysaias. **H**ec dicetis to  
mīo v̄o. **H**ec dicit dñs. **N**e timeas a facie  
verboꝝ q̄ audisti: q̄b⁹ blasphemauerūt pu  
eri regis assirioꝝ me. **E**cce ego dabo ei spi  
ritū ⁊ audiet nūciū. ⁊ reuertē ab terrā su  
am ⁊ corruere euz faciaz gladio ī fra sua.  
**R**euersus est aut̄ rabsaces: ⁊ inuenit regē  
assirioꝝ p̄lātē aduersus lobnā. **A**udierat  
em̄ q̄ p̄fect⁹ eēt de lachis: et audiuit de ta  
racha rege ethiopiē dicentes: egressus ē ut  
pugnet p̄tra te. **Q**uod cū audisset. misit nūci  
os ad ezechiaz dicens. **H**ec dicetis ezechie  
regi iude loquētes. **N**ō te decipiat de⁹ tu⁹ in  
q̄ tu p̄fidis dicēs: nō dabit̄ ihrlm ī manū  
regis assirioꝝ. **E**cce tu nosti oīa q̄ fecerūt  
reges assirioꝝ oīb⁹ terris q̄s subuerterūt:  
⁊ tu poteris liberari! **N**ūq̄ eruēt eos dñj  
gētīū. q̄s subuerterūt patres mei: gozan ⁊  
aran ⁊ reseph ⁊ filios eben q̄ erant ī thalaf  
sar: **U**bi ē rex emath ⁊ rex arfad ⁊ rex vr̄b̄  
sepharuaim ana et aua! **E**t tulit ezechias  
libros de manu nūcioꝝ ⁊ legit eos: ⁊ ascen  
dit in domū dñi. ⁊ expandit eos corā dño.  
**E**t orauit ezechias ad dominū dicēs. **D**ñe  
exercitū de⁹ isrl q̄ sedes sup cherubin. tu  
es de⁹ solus om̄iū regnoꝝ terre: tu fecisti  
celū ⁊ terrā: inclina dñe aurē tuaz ⁊ audi.  
api oculos tuos et vide: ⁊ audi oīa verba  
sennacherib q̄ misit ad blasphemandū deū  
viuentē. **E**lere ei dñe testas fecerūt reges as  
sirioꝝ tras et regiones eaz. ⁊ debent deos  
eaz igni. nō em̄ erāt dñj sed opa manuū ho  
minū. lignū ⁊ lapis: et cōminuerūt eos. **E**t  
nūc dñe de⁹ noster salua nos de manu ei⁹:  
ut cognoscāt oīa regna terre. q̄ tu es dñs  
deus solus. **E**t misit ysaias filios amos ad

ezechiaz dicens. **H**ec dicit dñs deus israel. Pro q̄b̄ rogasti me de sennacherib rege assirioꝝ: hoc ē verbū qđ locut' ē dñs sup eū. Desperit te et subsannauit te virgo filia sion: post te caput mouit filia hierusalē. Cui exprobrasti. ⁊ quē blasphemasti: ⁊ sup quē exaltasti voces. ⁊ leuasti altitudinem oculoz tuoz: **A**d sanctū isrl'. In manu seruoꝝ tuozum exprobrasti dño: ⁊ dixisti. In multitudine quadrigarū mearū ego ascendi altitudinem montiū. iuga libani: ⁊ succidā excelsa cedroz eius. ⁊ electas abietes illius: ⁊ introibo altitudinem summitatis ei'. saltū carmeli ei': ego fodi ⁊ bibi aquā. et ericcaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. **N**ūqđ nō audisti que olim fecerū ei: **E**x dieb̄ antiq̄s ego plasmaui illud. et nūc abduxi: ⁊ factū est in eradicatōe collium pugnatū. et ciuitatū munitarū. **H**abitatores earū breuiata māu cōtremueūt. ⁊ p̄fusi sūt: facti sūt sicut fenū agri. ⁊ gra-men pascue. ⁊ herba tectorū q̄ exaruit ante q̄ maturesceret. **H**abitatoꝝ tuā ⁊ egressum tuū. ⁊ introitū tuū cognoui: ⁊ insani am tuā p̄ me. **C**ū fureres aduersū me superbia tua ascendit in aures meas. **P**onā ergo circulū i auribus tuis. ⁊ frenū i labijs tuis: ⁊ reducam te i via p̄ quam venisti. **T**ibi aut̄ hoc erit signū. **C**omede hoc āno q̄ spon-te nascūt: ⁊ in āno sc̄do pomis vescere. **I**n āno aut̄ terciō seminate ⁊ metite: ⁊ plātate vineas. ⁊ comedite fructū earum: ⁊ mittet ibi qđ saluatū fuerit de domo iuda. ⁊ qđ reliquū ē radicē deorsū. ⁊ faciet fructū sursum: qz de hierusalēz eribūt reliq̄e. ⁊ saluatio de monte sion. **Z**el' dñi exercitūū faciet istud. **P**ropterea hec dicit dñs de rege assirioꝝ. **N**ō introibit ciuitatē hāc et nō iacet ibi sagittā. ⁊ nō occupabit eā clipeus: ⁊ nō mittet i circuitu ei' aggerē. **I**n via q̄ venit p̄ eam reuertet: ⁊ ciuitatez hāc nō i-grediet' dicit dñs. **E**t p̄tegaz ciuitatē istam ut saluē eaz: p̄pter me ⁊ p̄pter dauid seruoꝝ meū. **E**gressus ē aut̄ āgel' dñi ⁊ pcussit i castris assirioꝝ cētū octoginta quinq; milia. **E**t surrexerūt mane: et ecce omnes cabauerunt mortuoꝝ. **E**t egressus ē ⁊ abiit. ⁊ reuertus ē sennacherib rex assirioꝝ: et habitauit i ninive. **E**t factū ē cū aboraēt i tēplo mes-rach deū suum ad ramelech et sarasar. filij ei' pcusserūt eū gladio: fugerūtq; i terras

ararath: ⁊ regūit assaraddon fili' ei' p̄ eo. **I**n dieb̄ illis **C**a. XXXVIII. egrotauit ezechias vsq; ad mortē: ⁊ intrauit ad euz ysaías fili' amos p̄pheta: ⁊ dixit ei. **H**ec dicit domi'. **D**ispōe domui tue: qz morieris tu ⁊ nō viues. **E**t cōuertit ezechias faciē suaz ad pietēz: ⁊ orauit ad dominū ⁊ dixit. **O**bscuro dñe. memēto qđo quō ambulaueri corā te in veritate ⁊ i corde p̄fecto: et qđ bonū ē i oculis tuis fecerī. **E**t fleuit ezechias fletu magno. **E**t factū est verbū dñi ad ysaías dicēs. **V**ate ⁊ dic ezechie. **H**ec dicit dñs deus dauid patris tui. **A**udiui oratōez tuaz: ⁊ vidi lacrimaz tuaz. **E**cce ego addiciā sup dies tuos quindēcim annos: ⁊ d manu regis assirioꝝ rū eruā te. ⁊ ciuitatē istam: ⁊ p̄tegaz eam. **H**oc aut̄ tibi erit signū a dño: qz faciet dñs verbū hoc qđ locut' ē. **E**cce ego reuertī faciaz umbrā liniarūz p̄ q̄s descēderat i horologio achaz. i sole retro: sū decē lineis. **E**t reuersus ē sol decē lineis p̄ qđ q̄s descēderat. **S**criptura ezechie regis iuda cū egrotass: ⁊ p̄ualuisset de infirmitate sua. **E**go dixi i dimidio dieꝝ meoꝝ vadā ad portas inferi: q̄siui residuū ānoꝝ meoꝝ. **D**ixi nō videbo dñm deū i terra uiuentiū: nō aspiciam hoīez ultra. ⁊ hitatoꝝ q̄etis. **G**eneratō mea ablata ē et p̄uoluta ē a me. q̄si tabernaculū pastoz. **P**recisa ē velud a terente vita mea: dum adhuc ordiret succidit me. **D**e mane vsq; ad vespaz finies me: spabam vsq; ad mane. **Q**uasi leo sic cōtriuuit omnia ossa mea. **D**e mane vsq; ad vespam finies me. **S**icut pull' hirūdis sic clamabo: medi-tabor ut colūba. **A**tenuati sūt oculi mei: suspiciētes i excelso. **D**ñe vim patior rñde p̄ me. **Q**uid dicā: aut qđ rñdebit mihi cuz ip̄e fecerim: **R**ecogitabo tibi omnes annos meos: i amaritudine aīe mee. **D**ñe si sic uiuē: ⁊ i talibo vita spūs mei. **C**orripies me ⁊ uiuificab me: ecce i pace amaritudo mea amarissima. **T**u aut̄ eruisti aīaz meā ut nō p̄iret: p̄ieisti p̄tergū tuū oīa pct̄a mea. **Q**uia nō ifern' p̄fitebit tibi: neq; mors lau-dabit te. **N**ō expectabūt q̄ descēdūt i lacuz veritatē tuā. **C**liuēs uiuēs ip̄e p̄fitebit tibi sicut ⁊ ego hodie: p̄ filijs notā faciet veritate tuā. **D**ñe saluū me fac: ⁊ psalmos nostros cātābim' cūctis dieb̄ vite n̄re in domo dñi. **E**t iussit ysaías ut tollerēt massaz

te ficis: et cathaplasma erent super vuln' et sanare. Et dixit ezechias. Quid erit signum quod ascendat in domo domini. **Capitulum XXXIX**

 eos daniel. **S**eparate illos abiuicē pcul:  
 ⁊ dijudicabo eos. **C**uz ḡ diuisi essent alter  
 ab altero. vocauit vnum de eis: ⁊ dixit ad  
 eū. **I**nueterate dieꝝ maloz. nūc venerunt  
 peccata tua q̄ operabaris prius. iudicans  
 iudicia iniusta. innocētes opprimens ⁊ di-  
 mittēs noxios dicēte dño: innocētē ⁊ iustuz  
 nō interficies. **N**unc ḡ si vidisti eā: dic sub  
 q̄ arbore videris eos colloquētes sibi: **Q**ui  
 ait. **S**ub cino. **D**ixit autē daniel. **R**ecte  
 mētitus es iu caput tuū. **E**cce em̄ āgelus  
 dei accepta sententia ab eo scindet te me-  
 diū. **E**t amoto eo iussit venire aliū. ⁊ dixit  
 ei. **S**emen chanaan ⁊ nō iuda species de-  
 cepit te: ⁊ cōcupiscētia subuertit cor tuū.  
**D**ic faciebatis filiabo israhel: ⁊ ille timen-  
 tes loq̄bantur vobis: sed nō filia iuda su-  
 stinuit iniquitatē vestrā. **N**unc ḡ dic mihi  
 sub qua arbore comprehendēris eos loquē-  
 tes sibi: **Q**ui ait. **S**ub pino. **D**ixit autē ei  
 daniel. **R**ecte mētīt es ⁊ tu in caput tuū.  
**M**anet em̄ āgelus dei gladius hñs vt secet  
 te medium: ⁊ interficiat vos. **E**xclamauit  
 itaq̄ omnis cetus voce magna ⁊ benedixe-  
 rūt deū q̄ saluat sperātes in se. **E**t confur-  
 rexerūt aduersus duos p̄sbiteros. **C**onui-  
 rat em̄ eos daniel ex ore suo: falsuz dixisse  
 testimoniū. **F**ecerūtq̄ eis sicut male ege-  
 rant aduersus proximam. vt facerēt secū-  
 dum legem moysi: ⁊ interfecerunt eos. **E**t  
 saluatus est sanguis innocius in die illa.  
**D**elchias autē ⁊ vxor eius laudauerūt deū  
 pro filia sua susāna cū ioachim marito ei⁹  
 ⁊ cognatis omnib⁹: quia non est inuenta  
 in ea res turpis. **D**aniel autem factus est  
 magnus in conspectu ppli a die illa ⁊ dein-  
 cept. **E**t rex astiages appositus est ab p̄ses  
 suos: ⁊ suscepit c̄yrus perses regnū eius.

Capitulum. XIII.

**R**at autē daniel conuiua regis : ⁊  
 honoratus super omnes amicos  
 eius. **E**rat q̄ ydolum apud babilo-  
 nios nomine el: et impendebatur in eo p̄  
 dies singulos simile artabe duodecim : et  
 oues q̄draginta: viniq̄ amphore sex. **R**ex  
 q̄ colebat eū: ⁊ ibat per singulos dies ato-  
 rare eum porro daniel adorabat deum suū  
**D**ixitq̄ ei rex. **Q**uare nō adoras bel? **Q**ui

rñdens ait ei. **Q**uia nō colo ydola manu-  
 facta sed viuente deū: qui creauit celum ⁊  
 terrā ⁊ habet potestatez omnis carnis. **E**t  
 dixit rex ad eū. **N**ō videtur tibi esse viuēs  
 deus? **A**n non vides q̄nta comedit ⁊ bibit  
 quotidie? **E**t ait daniel arritēs. **N**e erres  
 rex. **I**ste est em̄ intrinsecus luteus. forinse-  
 cus ere? : neq̄ comedit aliq̄n. **E**t irat⁹ rex  
 vocauit sacerdotes ei⁹: ⁊ ait eis. **N**isi dixē-  
 ritis mihi q̄s est q̄ comedit impensas has  
 moriemini. **S**i autē ostenderitis q̄ bel co-  
 medat hec morietur daniel : quia blasphe-  
 mauit in bel. **E**t dixit daniel regi. **F**iat iu-  
 xta verbum tuum. **E**rant autem sacerdo-  
 tes bel septuaginta : exceptis vxoribus et  
 paruulis et filijs. **E**t venit rex cum danie-  
 le in templum belis. **E**t dixerunt sacerdo-  
 tes belis. **E**cce nos egredimur foras : ⁊ tu  
 rex pone escas ⁊ vinū misce: ⁊ claude ostiū  
 ⁊ signa anulo tuo. **E**t cuz ingressus fueris  
 mane nisi inueneris omnia comesta a bel  
 morte moriemur : vel daniel qui mentitus  
 est aduersum nos. **C**onfidebant autem qz  
 fecerant sub mensa absconditū introitū:  
 ⁊ per illum ingrediebantur semper ⁊ deuo-  
 rabant ea. **F**actum est igitur postq̄ egressi  
 sunt illi et rex posuit cibos ante bel: prece-  
 pit daniel pueris suis et attulerūt cinerē:  
 et cribrauit per totum templum coram re-  
 ge: et egressi clauserunt hostium: et signā-  
 tes anulo regis abierūt. **S**acerdotes autē  
 ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem  
 suam et vxores et filij eoz: et comederunt  
 omnia et biberūt. **S**urrexit autē rex p̄mo  
 diluculo: et daniel cū eo. **E**t ait rex. **S**al-  
 ua ne sūt siḡcula daniel? **Q**ui rñdit. **S**al-  
 ua rex. **S**tatiq̄ cū aperuissz ostiū: ituit⁹  
 rex mēsa exclamauit voce maḡ. **M**agn⁹ es  
 bel: et nō ē apud te dol⁹ q̄sq̄. **E**t risit dani-  
 el: et tenuit regē ne igredereē itro ⁊ dixit  
**E**cce pauimētū: ai aduerte cui⁹ vestigia sūt  
 hec. **E**t dixit rex. **Q**uidēo vestigia viroz et  
 muliez et ifantiū. **E**t irat⁹ ē rex. **T**ūc app̄-  
 hēdit rex sacerdotes et vxores et filios eo-  
 rū: et ostēdit ei abscondita ostiola p̄ q̄ igre-  
 diebatur et cōsumebāt q̄ erāt sup mēsam.  
**O**ccidit ḡ illos rex: et bel tradidit in pote-  
 statē danielis : q̄ subuertit eū et templum  
 eius. **E**t erat draco in loco illo : et colebāt  
 eum babilonij. **E**t dixit rex danieli. **E**cce  
 nūc non p̄ dicere qz iste nō sit de⁹ viuens

Adora g<sup>o</sup> eū. Dixitq; daniel regi. Dñm de-  
um meū adoro: qz ipse ē deus viuens. Iste  
aut nō est deus viuēs. Tu aut rex da mi-  
hi potestātē: 7 interficiā draconem absq;  
gladio 7 fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit  
g<sup>o</sup> daniel picem 7 adipē 7 pilos 7 corit pa-  
riter: fecitq; massas 7 debat i os draconis  
7 diruptus ē draco. Et dixit daniel. Ecce  
quē colebatis. Qd cū audisset babilonij i-  
dignati sūt vehemēter: 7 cōgregati aduer-  
sum reges dixerūt. Iudeus factus est rex.  
Bel destruxit: draconē interfecit: 7 sacer-  
dotes occidit. Et dixerūt cū venissent ad  
regē. Trade nobis daniēlem: alioqn inter-  
ficiem<sup>9</sup> te 7 domū tuā. Vidit g<sup>o</sup> rex qd ir-  
ruerēt in eū vehemēter: 7 necessitate con-  
pulsus tradidit eis daniēlem. Qui miserūt  
eū in lacū leonū: 7 erat ibi dieb; sex. Por-  
ro in lacu erāt leones septē: 7 dabātur eis  
duo corpa q̄ttidie 7 due oues: 7 tūc n̄ da-  
ta sunt eis vt deuorarēt daniēlē. Erat aut  
abacuc p̄beta in iudea: 7 ipse corerat pul-  
mētū 7 intriuerat panes i alueolo: 7 ibat  
in cāpū vt ferret messorib;. Dixitq; āgel<sup>9</sup>  
dñi ad abacuc. Fer prādiū qd habes i ba-  
bilonē danieli: q̄ est i lacu leonū. Et dixit  
ad abacuc. Dñe babilōez n̄ vidi 7 lacū ne-  
scio. Et apprehēdit eū āgelus dñi in verti-  
ce ei<sup>9</sup>: 7 portauit eum capillo capitis sui:  
posuitq; eū in babilonē sup lacū in impe-  
tu spūs sui. Et clamauit abacuc dicens.  
Daniel serue dei: tolle prandium q̄ misit  
tibi deus. Et ait daniel. Recordat<sup>9</sup> es mei  
deus: 7 non dereliquisti diligentes te. Sur-  
gensq; daniel comedit. Porro angelus do-  
mini restituit abacuc confestim in loco  
suo. Venit ergo rex die septimo vt luge-  
ret daniēlem: 7 venit ad lacum 7 introspe-  
xit: 7 ecce daniel sedens in medio leonuz.  
Et exclamauit voce mag<sup>9</sup> rex dicens. Ma-  
gnus es dñe de<sup>9</sup> daniel. Et extraxit eum.  
Porro illos q̄ perditōnis causa fuerāt in-  
tromisit i lacū 7 deuorati sūt in momento  
coram eo.

**Explicit daniel p̄beta. Incipit prolo-  
gus in librum duodecim prophetarum.**

**M**on idē ordo est duodecim p̄betaz  
apud hebreos q̄ 7 apud nos. Enī  
secundum id quod ibi legitur: hic  
q̄z dispositi sunt. Ozee commaticus est 7

q̄si p̄ sentēcias loq̄ns. Iobē planus in p̄n-  
cipijs in fine obscurior: 7 vsq; ad malachi-  
am h̄nt singuli p̄rietates suas: quē esdrā  
scribam legisq; doctoz hebrei autumāt.  
Et quia longū est nunc de omnibus dice-  
re. hoc tantum vos o paula 7 eustochium  
ammonitas scire volo vnum librum esse  
duodecim prophetaz: et osee s̄nchronon  
ysaie: malachiā vero aggei 7 zacharie fu-  
isse temporib;. In quib; autē tempus nō  
preferitur in titulo: sub illis eos regibus  
prophetasse sub quib; 7 hij qui āte eos ha-  
bent titulos prophetauerunt.

**Explicit prologus. Incipit osee p̄beta.**

**V**erbum domini qd factuz  
est ad osee filium beeri in  
diebus ozie ioathā achaz  
ezechie regum iuda: et in  
dieb; iheroboaz filij ioas  
regis israhel. Principium  
loquendi domino in osee. Et dixit domi<sup>9</sup>  
ad osee. Glade sūme tibi prorez fornicari-  
am: et fac tibi filios fornicacōnum: quia  
fornicans fornicabitur terra a domio. Et  
abiit et accepit gomer filiam debelaim: 7  
concepit et peperit ei filium. Et dixit dñs  
ad eū. Gloda nomen eius ihezrahel. Quo-  
niā adhuc modicus. et visitabo sanguinē  
ihezrahel super domū iheu et q̄scere fa-  
ciam regnuz domus israhel. Et in illa die  
conterā arcum israhel: in valle ihezrahel.  
Et concepit adhuc: et peperit filiam. Et  
dixit ei. Gloda nomē ei absq; misericordia  
Quia non addam ultra misereri domui  
israhel: sed obliuione obliuiscor eozuz. Et  
domui iuda miserebor: et sanabo eos i do-  
mino deo suo: et non sanabo eos in arcu  
et gladio et bello et in equis et in equiti-  
bus. Et ablactauit eam que erat absq; mi-  
sericordia. Et concepit et peperit ei filiū.  
Et dixit ei. Gloda nomen ei non popu-  
lus meus. Quia vos non populus meus:  
et ego non ero vester deus. Et erit nume-  
rus filiozum israhel: quasi arena maris q̄  
erit i loco vbi dicef eis nō pls me<sup>9</sup> vos:  
dicef eis filij dei viuētis. Et cōgregabūf  
filij iuda et filij isrl p̄ter. et ponēt sibiuz

caput unū: et ascēdet de terra: quia magn<sup>9</sup>  
dies iheruzabel. **Capitulum. II.**

**D**ixit fratrib<sup>9</sup> v<sup>9</sup>ris populus me<sup>9</sup>:  
et sorori vestre misericordiā conse-  
cuta. Iudicate matrem v<sup>9</sup>ram iu-  
dicate: quoniam ipsa non est vxor mea: et ego non  
vir eius. Auferat fornicaciones suas a fa-  
cie sua: et adulteria sua de medio vberum  
suor<sup>9</sup>: ne forte expoliam eā nudas et statuā  
eam secundum diem natiuitatis sue: et po-  
nam eam quasi solitudinem. et statuam eā  
velut terram inuiam et interficiat eā siti:  
et filior<sup>9</sup> illius nō miserebor. quoniam filij forni-  
cacionuz sunt: quia fornicata est mater eor<sup>9</sup>.  
Confusa est quae concepit eos: quia dixit. Na-  
dam post amatores meos qui dant panes  
mibi: et aquas meas lanam meam et linum  
meum oleum meum et potum meum. Pro-  
pter hoc ecce ego sepiat viā tuam spinis:  
et sepiam eaz maceria. Et semitas suas nō  
inueniet: et seq<sup>9</sup>ntur amatores suos et nō ap-  
prehēdet eos: et q<sup>9</sup>ret eos et nō inueniet. Et  
dicet. Nadam et reuertar ad virum meum  
prior<sup>9</sup>: quia bene mihi erat tunc magisq<sup>9</sup>  
nūc. Et hec nesciuit: quia ego dedi ei fru-  
mentum et vinum et oleum et argentū mul-  
tiplicauī ei et aurum: quae fecerunt baal. Ad-  
circo conuertar et sumam frumentū meū  
in tēpore suo et vinū meum in tēpore suo:  
et liberabo lanam meam et linū meum que  
operiebāt ignominiam eius. Et nūc reue-  
labo stulticiā eius in oculis amatoz eius.  
et vir non eruet eam de manu mea. Et ces-  
sare faciam omne gaudiū eius: solennitatē  
eius neomeniam eius sabbatū eius et om-  
nia festa et tempora eius. Et corrūpam vi-  
neam eius et ficū eius: de quib<sup>9</sup> dixit. Mer-  
cetes hee mee sūt: quas dederūt mihi ama-  
tores mei. Et ponam eam in saltum: et cor-  
metet eā bestia agri. Et visitabo super eaz  
dies baalim quib<sup>9</sup> accendebat incensum et  
ornabatur inaure sua et monili suo: et ibat  
post amatores suos: et mei obliuiscēbat di-  
xit dominus. Propter hoc ecce ego lacta-  
bo eam: et ducam eam in solitudinem. Et  
loquar ab cor eius: et dabo ei vinitores ei<sup>9</sup>  
ex eodem loco: et vallem achor ad aperien-  
dam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuetu-  
tis sue: et iuxta dies ascensionis sue de ter-  
ra egypti. Et erit in die illo ait dñs voca-  
bit me vir meus: et non vocabit me ultra

baalim. Et auferaz nomina baalim de ore  
eius: et nō recordabit<sup>9</sup> ultra nominis eor<sup>9</sup>.  
Et percuciā cū eis fedus in die illa: cū be-  
stia agri et cum volucre celi et cū reptili ter-  
re. Et arcum et gladium et bellum conterā  
de terra: et dormire eos faciā fiducialiter.  
Et sponsabo te mihi in sempiternū: et spō-  
sabo te mihi in iusticia et iudicō et in mise-  
ricordia et miseratōnib<sup>9</sup>. Et sponsabo te mi-  
hi in fide: et scies quia ego dñs. Et erit: in  
die illa exaudia dicit dominus. Exaudiaz  
celos et illi exaudient terram: et terra exau-  
dient triticum et vinum et oleum: et hec exau-  
dient iheruzabel. Et seminabo eam mihi in  
terraz: et miserebor eius que fuit absq<sup>9</sup> mi-  
sericordia. Et dicam non populo meo po-  
pulus meus es tu: et ipse dicet deus meus  
es tu. **Capitulum. III.**

**E**t dixit domin<sup>9</sup> ad me. Adhuc va-  
de: et dilige mulierē dilectam ami-  
co et adulteram sicut diligit domi-  
nus filios israhel: et ipsi respectāt ad deos  
alienos et diligunt vinacia vuar<sup>9</sup>. Et fodi  
eam mihi quindēcim argēteis et choro or-  
dei et dimidiō choro ordei: et dixi ad eam.  
Dies multos expectabis me. Non fornicā-  
beris et non eris viro: sed et ego expectabo  
te. Quia dies multos sedebunt filij israhel.  
sine rege et sine principe et sine sacrificio et  
sine altari: et sine ephot et sine theraphim.  
Et post hec reuertētur filij israhel: et que-  
rent dominum deum suum et dauid regē  
suum: et pauebūt ad dominum et ad bonuz  
eius in nouissimo diez. **Ca. III.**

**A**ldite verbuz domini filij israhel:  
quia iudicium domino cum habi-  
tatorib<sup>9</sup> terre. Non est enim veri-  
tas: et non est misericordia: et non est sci-  
entia dei in terra. Maledictum et menda-  
cium et homicidium et furtum et adulte-  
rium inundauerunt: et sanguis sanguinē  
tetigit. Propter hoc lugebat terra: et ifir-  
mabitur omnis qui habitat in ea. In be-  
stia agri et in volucre celi: sed et pisces ma-  
ris congregabuntur. Meruntamen vnus-  
quisq<sup>9</sup> non iudicet: et non arguatur vir.  
Populus enim tuus sicut hij: qui contra-  
dicunt sacerdoti. Et corruēs hodie: et cor-  
ruet etiam ppheta tecuz. Nocte tacere feci  
matrē tuā. Cōticuit plus meus: eoq<sup>9</sup> non  
habuerit sciāz. Quia tu sciētā repulisti:

repellam te et ego ne sacerdotum fugaris mihi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata ipsius comedent. et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Et erit: sicut ipse sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius: et cogitationes eius reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt et non cessauerunt: quoniam dominum reliquerunt in non custodiendo. Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit: et baculus eius annunciauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos: et fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrificabant: et super colles accendebant thimiamam subtus quercum et populum et therebintum: quia bona erat umbra eius. Ideo fornicabuntur filie vestre: et sponse vestre adultere erunt. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicate et super sponas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus versabantur: et cum effeminatis sacrificabant. Et populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu israel: non delinquas saltem iuda. Et nolite ingredi in galgala: et ne ascenderitis in bethauen: neque iuraueritis viuit dominus. Quoniam sicut vacca lasciuia declinauit israel. Nunc pascet eos dominus: quasi agnum in latitudine. Particeps ydolorum ephraim: dimittite eum. Separatum est conuiuium eorum: fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis: et profudit a sacrificijs suis. Ca. V.

Audite hoc sacerdotes et attendite domum israel: et domum regis auscultate: quia vobiscum iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi: et sicut retis expansum subter thabor: et victimas declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium eorum. Ego scio ephraim: et israel non est absconditus a me. Quia nunc fornicatus est ephraim: contaminatus est israel. Non dabit cogitationes suas ut conuertatur ad deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum: et deum non cognouerunt. Et respondebit arrogancia israel in facie eius. et israel et ephraim ruent in iniquitate sua. Ruet

etiam iuda cum eis. In gregibus suis et in armamentis suis vadet ad querendum deum: et non inuenient. Ablatus est ab eis. In domino preuaricati sunt: quia filios alienos genuerunt. Nunc teorabit eos mensis cum partibus suis. clangite bucina in gabaa: tuba in rama. Illulate in bethauen: post tergum tuum beniamin. Ephraim in desolatione erit. In die correptionis in tribu israel ostendite. Facti sunt principes iuda qui assumptes terminum: super eos effundam quasi aquas iram meam. Calumniam paciens est ephraim fractus iudicio: quoniam cepit abire post sordes. Et ego quasi tineam ephraim et quasi si putredo domui iuda. Et vidit ephraim languorem suum: et iudas vinculum suum. Et abiit ephraim ad assur: et misit ad regem ultores. Et ipse non poterit sanare vos: nec soluere poterit a vobis vinculum. Quoniam ego quasi leona ephraim: et quasi catulus leonis domui iuda. Ecce ego capiam et vadam: tollam et non est qui eruat. Et reuertar ad locum meum: donec deficiatis. et queratis faciem meam. Ca. VI.

In tribulatione sua mane surgent ad me. Reuertite et reuertamur ad dominum: quia ipse cepit et sanabit nos: percuciet et curabit nos. Diuificauit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius: sciemus sequemurque: ut cognoscamus deum. Quasi diluculum paratus est egressus eius: et veniet quasi ymber nobis temporaneus et serotinus terre. Quis faciam tibi ephraim: quod faciam tibi iuda: Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane praesens. Propter hoc dolui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia tua quasi lux egressibuntur. Quia misericordiam volui et non sacrificium: et scientiam dei plusquam holocaustum. Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum: ibi preuaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium ydolum supplantata sanguine: et quasi fauces virozum latronum. Particeps sacerdotum in via interficientium: pergetes de sicheem quia scelus operati sunt. In domo israel vidi horrendum. Ibi fornicationes ephraim: contaminatus est israel. Sed et iuda pone messem tibi: cum puertero captiuitatem populi mei.

Capitulum.

VII.

**Q**uoniam sanare vellem israhel reuelata est iniquitas ephraim et malicia samarie: quia operati sunt mendacium. Et fur ingressus est spolians: latroculus foras. Et ne forte dicant in cordibus suis: omnem maliciam eorum me recordatum. Nunc circūdeberit eos adinuentiones sue: coram facie mea facte sunt. In malicia sua letificauerunt regem: et in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes: quasi clibanus succensus a coque. Quieuit paululum ciuitas a commixtione fermenti: donec fermentaret totum. Dies regis nostri: ceperunt principes furere a vino. Excedit manum suam cum illis: quia applicauerunt quasi clibanum cor suum cum insidiarum eis. Tota nocte dormiuit coquus eos mane ipse succensus quasi ignis flamme. Omnes calefacti sunt quasi clibanus. et deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt non est qui clamet in eis ad me. Ephraim in in ipsius ipse commiscebatur. Ephraim factus est subcinericius panis: qui non reuersatur. Comederunt alieni robur eius: et ipse nesciuit. Sed et cani effusi sunt in eo: et ipse ignorauit. Et humiliabit superbia israhel in facie eius. Nec reuersi sunt ad dominum deum suum: non querunt eum in omnibus hijs. Et factus est ephraim quasi coluba seducta: non habens cor. Egiptum inuocabat: ab assiris abierunt. Et cum profecti fuerint expandam super eos retibus meis: et quasi volucrum celi detrahā eos. Cedam eos secundum aduentionem cetus eorum. Ele eis: quoniam recesserunt a me. Ego redemi quia preuaricati sunt in me. Ego redemi eos: et ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo: sed plulabant in cubilibus suis. Super triticum et vinum ruminabant: et recesserunt a me. Et ego erubui eos: et confortavi brachia eorum: et in me cogitauerunt maliciam. Reuersi sunt ut essent absque iugo: facti sunt quasi arcus domus dolosus. Cadent in gladio principes eorum: a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egipti.

**Capitulum.**

**VIII.**

**I**n gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini: pro eo quod transgressi sunt fedus meum. et legem meam preuaricati sunt. Me inuocabunt deus meus: cognouimus te israhel. Prosecit israhel bonum: inimicus persequetur eum.

Ipsi regnauerunt et non ex me: principes extiterunt et non cognoui. Aurum suum et argentum suum fecerunt sibi ydola: ut interiret. Proiectus est vitulus tuus samaria. Iratus est furor meus in eis. Et queque non poterunt emundari: Quia ex israhel et ipse est. Artifex fecit illum: et non est deus. Quoniam in aranearum telis erit vitulus samarie: quia ventum seminabunt: et turbidum metent. Culmus stans non est in eo germen: non faciet farinam. Quod nisi fecerit: alieni comedent eam. Deuoratus est israhel. Nunc factus est in nationibus quasi vas immundum: quia ipsi ascenderunt ad assur. Onager solitarii sibi ephraim. Munera dederunt amatoribus suis: sed et cum mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos: et quiescent paulisper ab onere regis et principum. Quia multiplicauit ephraim altaria ad peccandum: facte sunt ei aree in delictum. Scribam eis multiplices leges meas: que velut aliene computate sunt. Hostias offerent: immolabunt carnes et comedent: et dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquitatis eorum: et visitabit peccata eorum. Ipsi in egiptum peruertent. Et oblitus est israhel factoris sui: et edificauit delubra: et iudas multiplicauit urbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius: et deuorabit edes illius.

**IX.**

**Capitulum.**

**N**oli letari israhel: noli exultare sicut populi. quia fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercetem super omnes areas tritici. Area et torcular non pascet eos. et vinum mescietur eis. Non habitabunt in terra domini. Reuersus est ephraim in egiptum: et in assiris pollutum comedit. Non libabunt domino vinum: et non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentium. Omnes qui comedunt eum comminabuntur: quia panis eorum aie ipsorum: non inebit in domum domini. Quid facietis in die solenni: in die festiuitatis domini? Ecce enim profecti sunt a vastitate. Egiptus congregabit eos: memphis sepeliet eos. Desiderabile argentum eorum vti ca hereditabit: lappa in tabernaculo eorum. Ele nerit dies visitationis: venerit dies retributionis. Scitote israel stultum prophetam: insanum virum spirituale. Propter multitudinem iniquitatis tue. et multitudo amecie tue. Speculator ephraim cum deo meo: propheta laqus ruine factus

est sup omnes vias eius. Insania in domo  
 dei eius. Profunde peccauerunt: sicut i dieb  
 gabaa. Recordabit iniquitatis eorum: et visita  
 bit peccata eorum. Quasi vna in deserto iue  
 ni isrl quasi pma poma ficulnee: i cacumine  
 ei? vidi pres eorum. Ipi aut intrauerunt ad  
 beelphegor: et abalienati sunt in confusione  
 et facti sunt abominabiles sicut ea q dilexe  
 runt. Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eorum  
 a partu: et ab utero et a conceptu. Quod nisi  
 enutrierit filios suos absq liberis eos fa  
 cia in homib. Sed et ve eis: cum recessero  
 ab eis. Ephraim vt vidit: tyrus erat fun  
 data i pulcritudie. Et ephraim educet ad  
 interfecionem filios suos. Da eis domine.  
 Quid dabis eis? Da eis vuluam sine libe  
 ris: et vbera aretia. Omnes nequicie eorum in  
 galgal: qz ibi exosus habui eos. Propter  
 malicia aduencionu eorum: te domo mea ei  
 cia eos. Non adda vt diligam eos. Omnes pn  
 cipes eorum recedentes. Percussus e ephraim  
 radix eorum exiccata e. Fructu neq faciet  
 Qd nisi genuerint: interficia amantissima  
 vteri eorum. Abiciet eos dñs de? me? qz no  
 audierunt eu: et erunt vagi in nacionibus.

Capitulum. X.

**U**ltis frōdosa israhel: fruct? adeqt?  
 e ei scdm multitudinē fructus sui  
 multiplicauit altaria: iuxta vber  
 tate terre sue exuberavit simulacris. Di  
 uisu e cor eorum: nūc interibit. Ipe cōfriget  
 simulac eorum. depopulabit aras eorum. Quia  
 nūc dicēt: nō e rex nobis. Nō em timem?  
 deū. Et rex quid faciet nobis? Loqmī ver  
 ba visionis iutil: et ferietis febus. et germi  
 nabit quasi amaritudo iudiciū super sulcos  
 agri. Accas bethauen coluerūt hitatores  
 samarie. quia luxit super eu popul? eius  
 et editui eius super eu exultauerunt in glo  
 ria eius. quia migravit ab eo. Siquidem et  
 ipse ni assur delatus est mun? regi ultori.  
 Confusio ephraim capiet: et confundetur  
 israhel in voluntate sua. Transire fecit sa  
 maria regem suum: quasi spumam sup fa  
 ciem aque. Et disperdentur excelsa ydoli  
 peccatum israhel. Lappa et tribulus ascen  
 det super aras eorum. Et dicent montib  
 operite nos: et collib cadite super nos. Ex  
 dieb gabaa peccauit isrl. Ibi steterūt. Nō  
 comprehendet eos in gabaa: preliuz super  
 filijs iniquitatis. Juxta desiderium meum

corripiam eos. Congregabuntur super eos  
 populi: cum corripientur ppter duas ini  
 quitates suas. Ephraim vitula docta dili  
 gere tritutam: et ego transiui super pulcri  
 tudinem colli eius. Ascendam sup ephra  
 im. Arabit iudas: cōfringet sibi sulcos ia  
 cob. Seminate vobis in iusticia: et metite  
 in ore misericordie: inuocate vobis noua  
 le. Tempus autem requirendi dominum:  
 cuz venerit qui docebit vos iusticia. Ara  
 stis impietatem: iniquitatem messuistis:  
 comedistis frugem mendacij. Quia confi  
 sus es in vijs tuis: et in mltitudine fortiu  
 tuorum. Consurget tumultus in populo tuo  
 et omnes municiones tue vastabuntur si  
 cut vastatus est samaria. a domo eius qui  
 iudicauit bala: in die prelij matre super fi  
 lios allisa. Sic fecit vob bethel: a facie ma  
 licie nequiciarum vestrarum.

Capitulum. XI

**S**icut mane transit. pertransit rex  
 israhel: qz puer israhel et dilexi eu:  
 et ex egipto vocavi filium meum.  
 Vocauerunt eos: sic abierunt a facie eorum.  
 Baalim immolabant: et simulacris sacri  
 ficabāt. Et ego quasi nutritus ephraim. Por  
 tabam eos in brachijs meis: et nescierunt  
 q curarem eos. Infuniculis adaz trabas  
 eos: in vinculis caritatis. Et ero eis qua  
 si exaltans iugum super maxillas eorum:  
 et declinaui ad eum vt vesceretur. Non re  
 uertetur in terram egipti: et assur ipse rex  
 eius quoniam noluerunt conuerti. Cepit  
 gladius in ciuitatib eius: et consumet ele  
 ctos eius: et comedet capita eorum. Et po  
 pulus meus pandebit ad reditum meum.  
 Iugum autem imponetur eis simul: quod  
 non auferetur. Quomodo dabo te ephra  
 im ptegaz te isrl? Quomodo dabo te? Sicut  
 adama: ponā te vt seboim. Conuersus est  
 in me cor meū piter: turbata e penitudo  
 mea. Nō faciā furore ire mee. Nō puer tar  
 vt disperdaz ephraim: qm ego deus et non  
 homo. In medio tui sanct?: et nō igrediar  
 ciuitatem. Post dñm ambulabunt. Quasi  
 leo rugiet: qz ipse rugiet et formidabūt filij  
 maris. Et auolabūt quasi auis ex egipto: et  
 quasi colūba de fra assirioz. et collocabo eos  
 i doib suis dicit dñs. Circūddit me ephra  
 im i negociacione: et i dolo dom? isrl. Iu  
 das aut testis descēdit cū deo: et cū sanctis.

**Capitulum XII.**

**E**phraim pascit ventum: et sequitur  
estum. Tota die mendacius et va-  
ritatem multiplicat. Et fœdus cum  
assirijs inijt: et oleum in egiptum ferebat.  
Iudicium ergo domini cum iuda: et visita-  
tio super iacob. Juxta vias eius et iuxta  
adinuentos eius reddet ei. In utero sup-  
plantauit fratrem suum: et in fortitudine  
sua directus est cum angelo. Et inualuit  
ad angelum: et confortatus est. Fleuit: et  
rogauit eum. In bethel inuenit eum: et ibi  
locutus est nobiscum. Et dñs deus exerci-  
tuum: dñs. memoriale eius. Et tu ad dñm  
deum tuum puerteris. Misericordiã et iu-  
dicium custodi: et spera in deo tuo semp.  
Chanaan. in manu ei? statera dolosa: ca-  
lumniã dilexit. Et dixit ephraim. Clerum  
tamen diues effectus sum: inueni ydolum  
mibi. Omnes labores mei non inueniẽt mi-  
hi iniquitatem quam peccaui. Et ego do-  
minus deus tuus ex terra egipti. Adhuc se-  
dere te facias in tabernaculis: sicut in diebo  
festiuitatis. Et locutus sum sup propheta-  
tas: et ego visionẽ multiplicauit: et in ma-  
nu prophetarum assimilatus sum. Si in gala-  
ad ydolum: ergo frustra errant in galgal  
bobus immolantes. Nam et altaria eorum  
quasi acerui super sulcos agri. Fugit ia-  
cob in regiones syrie: et seruiuit israhel in  
prore: et in prore seruiuit. In propheta ac-  
eburrit dñs israhel de egipto: et in prophe-  
ta seruatus est. Ad iracundias me prouo-  
cauit ephraim in amaritudinibus suis: et  
sanguis eius super eum veniet: et obpro-  
brium eius restituet ei dominus suus.

**Capitulum XIII.**

**I**nquente ephraim horror inuasit  
israhel: et deliquit in baal et mor-  
tuus est. Et nũc addiderunt ad pec-  
candum: feceruntque sibi pflatile de argento  
suo quasi similitudines ydolorum. Factura ar-  
tificum totum est. Dñs ipi dicunt. Immola-  
te boves: vitulos adorantes. Idcirco erunt  
quasi nubes matutina: et sicut ros matutinus  
preteriens. Sicut puluis turbine raptus ex  
area: et sicut fumus de fumario. Ego autem  
dñs deus tuus ex terra egipti: et teum absque me  
nescies: et saluator non est preter me. Ego pasci-  
ui te in deserto: in terra solitudinis. Juxta  
pascua sua adimpleti sunt: et saturati sunt. Et

elevauerunt cor suum: et obliti sunt mei. Et ego  
ero eis quasi leena: sicut pardus in via assiriorum.  
Occurrã quasi vasa raptis catulis: et dirupaz  
interiora iecoris eorum. Et presumã eos ibi quasi  
si leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua  
israhel: tamen modo in me auxiliũ tuum. Ubi est rex  
tuus? Maxie nunc saluet te in omnibus urbibus  
tuis. Et iudices tui de quibus dixisti: da mihi  
reges et principes. Dabo tibi regem in furore  
meo: et auferã in indignatione mea. Colliga-  
ta est iniquitas ephraim: absconditum pecca-  
tum eius. Dolores pueritatis venient ei. Ipse  
filius non sapiens. Nunc ei non stabit in pueri-  
tione filiorum. De manu mortis liberabo  
eos: de morte redimã eos. Ero mors tua o  
mors: morsus tuus ero inferne. Consolatio ab-  
scondita est ab oculis meis: quia ipse inter fra-  
tres diuidet. Abducet ventem ventum dñs de  
deserto ascendente: et siccabit venas eius: et  
desolabit fontem eius: et ipse diripiet thesau-  
rum omnis vasis desiderabilis.

**Capitulum XIII.**

**P**reat samaria: quoniam ad ama-  
ritudinem concitauit deum suum.  
In gladio pereat. Paruuli eorum  
elidantur: et fete eius discendantur. Con-  
uertere israhel ad dominum deum tuum:  
quoniam corruisti iniquitate tua. Tollite  
vobiscum verba: et conuertimini ad dñm:  
et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem et ac-  
cipe bonum: et reddemus vitulos labiorum  
nostrorum. Assur non saluabit nos. Super  
equum non ascendemus: nec dicemus velle  
dij nostri opera manuum nostrarum: quia ei?  
qui in te est misereberis pupulli. Sanabo  
contritiones eorum: diligam eos spontanee:  
quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi  
ros. Et israhel germinabit sicut lilium: et  
erumpet radix eius ut libani. Ibunt rami  
eius: et erit quasi oliua gloria eius: et odor  
eius ut libani. Conuertentur sedentes in  
umbra eius: viuent tritico. Et germina-  
bunt quasi vinea: memoriale eius sicut vi-  
nus libani. Ephraim quid mihi ultra ydo-  
la? Ego exaudiam et dirigam eum: ego ut  
abietem virentem: ex me fructus tuus in-  
uentus est. Quis sapiens et intelliget ista:  
intelligens et sciet hec? Quia recte vie do-  
mini et iusti ambulabunt in eis: preuarica-  
tores vero corruent in eis.

Explicit Osee p̄pha. Incipit Johel p̄pha.

**V**erbum domini quod sc̄m est ad iohel filium fatuel. Audite hec senes: et auribus percipite omnes habitatores terre. Si factum est istud in diebus vestris: aut in diebus patrum vestrorum. Super hoc filiis vestris narrate: et filij vestri filiis suis: et filij eorum generationi altere. Residuū eruce comedit locusta: et residuum locuste comedit brucus: et residuum bruci comedit rubigo. Expergiscimini ebrii: flete et ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. Gens enim ascendet super terram meam: fortis et innumerabilis. Dentes eius ut dentes leonis: et molares eius ut catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum: et ficum meam decorticauit. Nudans spoliavit eam et proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco: super virum pubertatis tue. Perijt sacrificium et libatio de domo domini: et luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio: luxit humus: quoniam devastatum est triticum. Confusum est vinum: elanguit oleum. Confusi sunt agricolae: ululauerunt vinatores super frumento. vino et ordeo: quia perijt messis agri. Linea confusa est: et ficus elanguit. Malo granatum et palma et malum et omnia ligna agri aruerunt: quia confusus est gaudium a filiis hominum. Accingite vos et plangite sacerdotes: ululate ministri altaris. Ingreddimini: cubate in sacco ministri dei mei: quoniam interijt de domo dei vestri sacrificium et libatio. Sanctificate ieiunium: vocate cetum: congregate senes omnes habitatores terre in domum dei vestri et clamate ad dominum. A a a diei: quia prope est dies domini: et quasi vastitas a potente veniet. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt: de domo dei viliticia et exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo. Demolita sunt horrea: dissipata sunt apothecae: quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit animal: mugierunt greges armenti: quia non est pascua eis. Sed et greges pecorum disperierunt. Ad te clamabo domine: quia ignis comedit spe-

ciosa deserti: et flamma succendit omnia ligna regionis. Sed et bestie agri quasi area siciens ymbrem: suspexerunt ad te. Quoniam exiccati sunt fontes aquarum: et ignis deuorauit speciosa deserti.

Capitulum

.II.

**C**anite tuba in syon: ululate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terre quia venit dies domini: quia prope est dies tenebrarum et caliginis: dies nubis et turbinis. Quasi mane expansum super montes: plus multus et fortis. Similis non fuit ei a principio: et post eum non erit usque in annos generationis et generationis. Ante faciem eius ignis vorans: et post eum exurens flamma. Quasi ortus voluptatis terra coram eo: et post eum solitudo deserti: neque est qui eum fugat. Quasi aspectus equorum aspectus eorum: et quasi equites sic current. Sicut sonitus quibrigarum super capita montium erillent: sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulas: velut plus fortis prepatum ad plures. A facie eius truciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum. Viri in visis suis gradient et non declinabunt a semitis suis. Unusquisque fratrem suum non coartabit: singuli in calle suo ambulabunt. Sed et per fenestras cadent: et non demolient. Urbem ingredientem: in muro current. Domos ascendent: per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius contremuit terra: moti sunt celi. Sol et luna obtenebrati sunt: et stelle retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt verbum eius. Magnus enim dies domini: et terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et in planctu: et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus et misericors est: patiens et multe misericordie die et prestabilis super malicia. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et relinquat post se benedictionem? Sacrificium et libamen domino deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiunium vocate cetum: congregate

pplm sanctificate ecclesiam: coadunate se:  
 nes congregare paruos & sugentes ubera.  
 Egrediat sponfus de cubili suo: et sponsa  
 de thalamo suo. In vestibulum et altare  
 plorabunt sacerdotes ministri dñi & dicent.  
 Parce dñe pce p̄plo tuo: et ne des hereditate  
 tua in obprobriū: ut dominent̄ eis natio:  
 nes. Quare dicunt in pplis ubi est de' eoz:  
 Zelatus est dñs terrā suā: et percit p̄plo  
 suo. Et respōdit dñs: et dixit p̄plo suo. Ecce  
 ego mittam vobis frumentū & vinum &  
 oleum: et replebimini in eis: et non dabo  
 vos ultra obprobriū in gentibz. Et eū qui  
 ab aquilone est p̄cul faciat a vobis: et ex  
 pellam eū in terrā inuiam & desertā. Fa  
 ciam eius contra mare orientale: et exte  
 mū eius vsq; ad mare nouissimū: et ascen  
 det fetoz eius. Et ascendet putredo eius: qz  
 superbe egit. Noli timere terra: sed exulta  
 & letare: qm̄ magnificauit dñs ut faceret.  
 Nolite timere aīalia regionis: qz germia  
 uerunt speciosa deserti. Quia lignuz attu  
 lit fructū suum: ficus & vinea dederūt vir  
 tutem suā. Et filij syon exultate & letami  
 ni in dño deo vestro: quia dedit vobis do  
 ctorem iusticie: et descendere faciet dñs ad  
 vos ymbrem matutinū & serotinū sicut in  
 principio. Et implebunt aree frumento: &  
 redundabunt torcularia vino et oleo. Et  
 reddam vobis annos quos p̄medit locu  
 sta. bruc' & rubigo & eruca: fortitudo mea  
 magna quaz misi in vos. Et p̄medetis ves  
 centes & saturabimī: et laudabitis nomen  
 dñi dei v̄ri qui fecit mirabilia vobiscū. Et  
 non pfundet̄ p̄plus meus in sempiternū: &  
 scietis qz in medio hirlm ego sum. Et ego  
 dñs deus vester: et nō est amplius: et non  
 pfundet̄ p̄plus me' in eternū. Et erit: post  
 hec effundā de spiritu meo sup om̄em car  
 nem: et p̄phetabunt filij v̄ri & filie v̄re. Se  
 nes vestri somnia somniabunt: & iuuenes  
 vestri visiones videbūt. Sed & sup seruos  
 meos et ancillas ī diebz illis effundaz sp̄m  
 meum: et dabo prodigia in celo et in terra  
 sanguinem et ignem & vaporem fumi. Sol  
 conuertet̄ in tenebras et luna in sanguinē  
 anteq̄ veniat dies dñi magnus et horribi  
 lis. Et erit: oīs qui inuocauerit nomē dñi  
 saluus erit: qz in monte syon et in hirlm  
 erit saluatio sicut dixit dñs: et in residuis  
 quos dominus vocauerit. **Capi. III.**

**Q**uia ecce in diebz illis et in tempe  
 illo cū puertero captiuitatē iuda  
 et hirlm. congregabo om̄es gentes:  
 et deducam eas in vallem iosaphat & disce  
 ptabo cū eis ibi sup populo meo et here  
 ditate mea israhel quos disperferūt in na  
 tionibz: et terrā meā diuiserūt et sup po  
 pulum meū miserūt sortem. Et posuerunt  
 puez in prostibulū: & puellam venderūt  
 pro vino ut biberent. Elez quid mihi & vo  
 bis tyrus & sydon & om̄is t̄minus palesti  
 noz: Nunquid vltōnez vos reddetis mihi:  
 Et si vlciscemini vos p̄tra me: cito velocit̄  
 reddā vicissitudinē vobis sup caput v̄m.  
 Argentū enim meū et aux tulistis: & desi  
 derabilia mea & pulcerrima intulistis ī de  
 lubra vestra. Et filios iuda & filios hirlm  
 vendidistis filijs grecorum: ut longe face  
 retis eos de finibz suis. Ecce ego suscitabo  
 eos de loco in quo vendidistis eos: et con  
 uertaz retributionē vestrā in caput v̄m.  
 Et vendam filios vestros et filias vestras  
 in manibz filioz iuda: et venūdabunt eos  
 sabeis genti longinque. quia dominus lo  
 cutus est. Clamate hec in gentibz: sanctifi  
 cate bellum: suscite robustos. Ascendāt  
 om̄es viri bellatores. Cōcidite aratra v̄ra  
 in gladios: et ligones vestros in lanceas.  
 Infirmus dicat: qz ego fortis sum. Erum  
 pite et venite omnes gentes de circuitu: et  
 congregamini. Ibi occumbere faciet dñs  
 robustos tuos. Consurgant et ascendant  
 gentes in vallem iosaphat: quia ibi setebo  
 ut iudicez omnes gentes in circuitu. Mit  
 tite falces: quoniaz maturauit messis. Ele  
 nite et descendite: quia plenū est torcular.  
 Eruberant torcularia: quia multiplicata  
 est malicia eozuz. Populi populi in valle  
 concisionis: quia iuxta est dies dñi in val  
 le pcisionis. Sol & luna obtenebrati sunt:  
 et stelle reterūt splendorez suū. Et dñs de  
 syon rugiet: & de hirlm dabit vocē suā. Et  
 mouebunt celi et terra: et dñs spes popu  
 li sui: et fortitudo filioz israhel. Et scietis  
 qz ego dñs deus vester: habitans ī syon in  
 monte sc̄to meo. Et erit hirlm sc̄ta: et ali  
 eni nō trāsibunt p̄ eā amplius. Et erit: in  
 die illa stillabūt montes dulcedinē et col  
 les fluent lacte. Et per omnes riuos iuda  
 ibunt aque: et fons de domo domini egre  
 dietur: et irrigabit torrentem spinarum.

Egiptus in desolationem erit: et ydumea in desertum pditionis: pro eo quod iuque egerit in filios iuda et effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et iudea in eternum habitabitur: et hierusalem in generationem et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem non mundaueram: et dominus commorabitur in syon.

Explicit iohel propheta. Incipit amos propheta.

**U**erba amos qui fuit in pastoribus thecuae: que uisitabit super israhel in diebus ozie regis iuda et in diebus iheroboam filij ioas regis israhel ante duos annos est remotus. Et dixit. Dominus de syon rugiet: et de hierusalem dabit uocem suam. Et luxerunt speciosa pastorum: et exiccatus est uertex carmeli. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus damasci et super quatuor non conuertam eum eo quod triturauerunt in plaustris ferreis galaad. Et mittam ignem in domum azabel et duorauit domos benadab. Et propter uectem damasci. et dispersam habitatorum de campo ydoli: et tenentem sceptrum de domo uoluptatis: et transferetur populus syrie cirenen dicit dominus. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus gaze et super quatuor non conuertam eum: eo quod transtulerit captiuitatem perfectam ut concluderet eam in ydumea. Et mittam ignem in murum gaze et deuorabit edes eius: et dispersam habitatorum de azoto et tenentem sceptrum de ascalone: et conuertam manum meam super accaron et peribunt relique philistinorum dicit dominus. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus tyri et super quatuor non conuertam eum: eo quod concluderit captiuitatem perfectam in ydumea: et non sunt recordati federis fratrum. Et mittam ignem in murum tyri: et deuorabit edes eius. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus edom et super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum et uolauerit misericordiam eius: et tenuerit ultra furorem suum. et indignationem suam suauerit usque in finem. Mittam ignem in theman: et deuorabit edes bosre. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus filiorum ammon et super quatuor non conuertam eum: eo quod dissecuerit pregnantem ga-

laab. ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro rabbem et deuorabit edes eius: in ululatu in die belli et in fine in die commotionis. Et ibit melchon in captiuitatem: ipse et principes eius simul dicit dominus.

Capitulum.

**II.**  
**N**ec dicit dominus. Super tribus sceleribus moab et super quatuor non conuertam eum: eo quod incenderit ossa regis ydumee usque ad cinerem. Et mittam ignem in moab et deuorabit edes carioth: et morietur in sonitu moab in clangore tube: et dispersam iudicem de medio eius: et omnes principes eius inficiantur cum eo dicit dominus. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus iuda et super quatuor non conuertam eum: eo quod abiecerit legem domini: et mandata eius non custodierit. Deceperunt enim eos ydola sua: post que abierant patres eorum. Et mittam ignem in iudam: et deuorabit edes hierusalem. **Dec dicit dominus.** Super tribus sceleribus israhel et super quatuor non conuertam eum: pro eo quod uendiderit pro argento iustum: et pauperem pro calciamentis. Qui conuertunt super puluerem terre capita pauperum et uiam humilium declinant: et filius ac pater eius ierunt ad puellam ut uiolarent nomen sanctum meum: et super uestimētis pignoratatis accubuerunt iuxta omne altare: et uinum damnatorum bibeant in domo dei sui. Ego autem exterminauit amorreum a facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius: et fortis ipse quasi quercus. Et perit fructus eius desuper: et radices eius subter. Ego sum qui ascendere uos feci de terra egipti: et eduxi uos in desertum quadraginta annis. ut possideretis terram amorrei et suscitauit de filiis uestris in prophetas et de iuuenibus uestris nazareos. Numquid non ita est filij israhel dicit dominus? Et propinabitis nazareis uinum: et propheetis mandabitis dicentes: ne propheetetis. Ecce ego stridebo subter uos: sicut stridet plaustrum onustum feno. Et peribit fuga a uelocitate: et fortis non obtinebit uirtutem suam: et robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit et uelox pedibus suis non saluabitur: et ascensor equi non saluabit animam suam: et robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa dicit dominus.

Capitulum.

III.

**A**udite verbū quod locutus est dñs  
sup vos filij israhel: sup omnes co-  
gnationē quā eduxit de terra egi-  
pti dicens. Tantūmō vos cognoui ex om-  
nibus cognationibz terre: idcirco visitabo  
sup vos omnes iniquitates vestras. Nun-  
quid ambulabunt duo pariter: nisi conue-  
nerit eis: Nunquid rugiet leo in saltu: ni-  
si habuerit prebā: Nunquid dabit catu-  
lus leonis voces de cubili suo: nisi aliquid  
apprehenderit: Nunquid cadet avis in la-  
queum terre absq; aucupe: Nunquid aufe-  
retur laqueus de terra: anteq; quid cepe-  
rit: Si clanger tuba in ciuitate: et popul-  
us non ex-pauescet: Si erit malū in ciuitate:  
quod dñs non fecerit: Quia nō faciet dñs  
deus verbum: nisi reuelauerit secretuz su-  
um ad seruos suos prophetas. Leo rugi-  
et: quis non timebit: Dñs deus locut<sup>9</sup> est:  
quis non prophetabit: Auditum facite in  
edibz azoti: et in edibz terre egipti: et dicit<sup>9</sup>.  
Congregamini sup montes samarie: et vi-  
dete insanias in medio ei<sup>9</sup> multas: et calū-  
niam patientes in penetrabilibus eius. Et  
nescierūt facere rectum dicit dñs: thesau-  
rizantes iniquitates et rapinas in edibus  
suis. Propterea hec dicit dñs deus. Tri-  
bulabit et circueiet terra: et detrahet ex te  
fortitudo tua: et diripientur edes tue. Hec  
dicit dñs. Quomodo si eruat pastor de ore  
leonis duo crura aut extremū auricule: sic  
eruent filij isrl qui habitāt in samaria in  
plaga lectuli et in damasci gēbato. Audite et  
cōtestamini in domo iacob dicit dñs deus  
exercitū: qz in die cū visitare cepto p̄uari-  
cades isrl sup eum visitabo et sup altaria  
bethel: et amputabunt cornua altaris et  
cabent in terrā. Et p̄cuciam domū h̄yema-  
lem cum domo estiuā: et peribunt domus  
eburnee: et dissipabuntur edes multe dicit  
dominus.

**Capitulum. III.**

**A**udite verbum hoc vacce pingues  
quē estis in mōte samarie: que calū-  
nias facitis egenis: et confringitis  
paupes. Que dicitis dominis vestris: af-  
ferre et bibemus. Iurauit dñs deus in sc̄o  
suo: qz ecce dies venient sup vos et leuabūt  
vos in contis: et reliq;as v̄as in ollis fer-  
uentibz. Et per aperturas eribitis altera  
p̄tra alteraz: et p̄ciemini in armon dicit  
dñs. Venite ad bethel et impie agite: ad

galgalam: et multiplicare preuaricatōes.  
Et offerre victimas v̄as: tribz diebz deci-  
mas v̄as. Et sacrificare de fermento lau-  
tem: et vocare voluntarias oblatōes et an-  
nūciate. Sic em̄ voluistis filij israhel dicit  
dñs deus. Ante et ego tedi vobis stuporem  
tentiū in cunctis v̄bibz vestris: et indigē-  
ciā panum in omnibz locis vestris: et non  
estis reuersi ad me dicit dñs. Ego qz phi-  
bui a vobis s̄ymbzē cum adhuc tres mēses  
supessent vsq; ad messem: et plui sup vnaz  
ciuitatē: et sup alterā ciuitatem non plui.  
Pars vna cōpluta est: et ps sup quaz non  
plui aruit. Et venerūt due et tres ciuitates  
ad vnā ciuitatem vt biberent aquā: et non  
sūt faciāte: et nō redistis ad me dicit dñs.  
Percussi vos in vento vrente et in aurugi-  
ne: multitudinē ortoz v̄roz et vineaz ve-  
strarū oliueta vestra et ficeta v̄a comedit  
eruca: et nō redistis ad me dicit dñs. Nisi  
in vos mortē in via egipti: p̄cussi in gladio  
iuvenes v̄ros vsq; ad captiuitatem equoz  
vestroz et ascendē feci putredinē castroz  
vestroz in nares vestras: et non redistis  
ad me dicit dñs. Subverti vos sicut sub-  
vertit deus sodomam et gomorrā: et facti  
estis quasi torris raptus ab incendio: et nō  
redistis ad me dicit dñs. Quapropter hec  
faciam tibi isrl. Postq; aut hec fecero ti-  
bi: preparare in occursum dei tui israhel.  
Quia ecce formans mōtes et creans ventū  
et annūcians homini eloquiū suuz: faciēs  
matutinā nebulam et gradiens sup excel-  
sa terre: dñs deus exercitū nomen eius.

**Capitulum V.**

**A**udite verbuz istud: qz ego leuo su-  
per vos planctum. Domus israhel  
cecidit: et non abiciet vt resurgat.  
Virgo israhel proiecta est in terram suā:  
non est qui suscitet eaz. Quia hec dicit do-  
minus deus. Urbs de qua egrediebantur  
mille relinquentur in ea centum: et de qua  
egrediebantur centum relinquentur in ea  
decem in domo israhel: quia hec dicit do-  
minus deus domui israhel. Querite me et  
viuetis: et nolite querere bethel. In gal-  
gala nolite intrare: et in bersabee non  
trāsibitis: quia galgala captiua ducetur:  
et bethel erit inutilis. Querite dñm et vi-  
uite: ne forte comburaf vt ignis dom<sup>9</sup> io-  
seph: et deuorabit et nō erit qui extinguat

bethel. Qui pervertitis in absinthium iudicium:  
 et iusticiam in terra relinquitis: facientem arcu-  
 rum et orionem et pervertentem mane in tene-  
 bras: et diem in noctem mutantem. Qui vo-  
 cat aquas maris et effudit eas super faciem terre:  
 dominus est nomen eius. Qui subridet vastitatem  
 super robustum: et de populatione super potentem  
 affert. Ovis habuerit corripientem in porta:  
 et loquentem perfecte abominati sunt. Idcirco  
 pro eo quod diripiebatis pauperem et predam  
 electam tollebatis ab eo: domos quibus lapide  
 edificabitis: et non habitabitis in eis. Vineas  
 plantabitis amantissimas et non bibetis vinum  
 earum: quia cognovi multa scelera vestra: et for-  
 tia peccata vestra. Hostes iusti accipientes  
 munus: et pauperes deprimetes in porta. Ideo  
 prudens in tempore illo tacebit: quia tempus malum  
 est. Querite bonum et non malum ut vivatis: et  
 erit dominus deus exercituum vobiscum sicut dixi-  
 stis. Odite malum et diligite bonum: et constitui-  
 te in porta iudicium: si forte misereatur domini  
 deus exercituum reliquiis ioseph. Propterea  
 hec dicit dominus deus exercituum dominator.  
 In omnibus plateis planctus: et in cunctis que for-  
 ris sunt dicitur ve ve. Et vocabunt agricolam  
tes omnes et viri iuda et qui remanserūt in birlm: et eris tu et filij tui inter amicos regis: et amplificatus auro et argento et muneribus multis et respondit matathias: et dixit magna voce. Et si omnes gētes regi antiocho obediunt ut discedat unusquisqz a seruitute legis patrū suoz et consenciat mandatis eius: ego et filij mei et fratres mei obediē legi patrū n̄roz. Propici⁹ sit nobis deus: nō ē nobis vtile relinq̄re legem et iusticias dei. Non audiem⁹ verba regis antiochi: nec sacrificabim⁹ transgrediētes legis nostre mandata: ut eam⁹ altera via. Et ut cessauit loqui v̄ba hec: accessit quidā iudeus in omniū oculis sacrificare ydolis sup arā ī ciuitate modin secundū iussū regis. Et vidit matathias et voluit: et cōtremuerūt renes eius. Et accensus est furor eius secundū iudiciū legis: et insiliens trucidauit eum sup aram. Sed et virus quem rex antiochus miserat qui cogebat immolari. occidit ī ipso tpe. et aram destruxit. et zelat⁹ ē legē sic et sinees zabri filio saloni. Et exclamauit matathias voce magna in ciuitate dicēs. Omnis qui zelū habet legis statuēs testamētū exeat p̄ me. Et fugit ipse et filij eius ī mōtes: et reliquerūt quicūqz habebāt ī ciuitate. Tūc descēderūt multi quērentes iudiciū et iusticiā ī destū: et sederūt ibi ipsi et filij eius et mulieres eoz et pecora eoz: quā indurauerūt sup eos mala. Et renūciatū ē viris regis et exercitui qui erāt ī iherl: ciuitate dauid quā discessisset viri quidā qui dissipauerūt mābatū regis ī loca occulta ī deserto: et abisset p̄ illos multi. Et statim prexerūt ad eos: et p̄stiterūt aduersus eos plū in die sabbatorū. Et dixerūt ad eos. Resistitis et nē adhuc? Exite: et facite secundū verbū regis antiochi. et viuetis. Et dixerūt. Nō eribim⁹: neqz faciem⁹ v̄bum regis ut polluam⁹ diē sabbatorū. Et cōcitauerūt aduers⁹ eos plū: et nō rēterūt illis. nec lapidē miserūt ī eos nec oppilauerūt loca occulta dicētes. Moriamur omnes ī simplicitate n̄ra: et testes erūt sup nos celū et terra quō iuste p̄ditis nos. Et intulerūt illis bellū sabbatis: et mortui sūt ipsi et uxores eoz et filij eoz et pecora eoz ad mille animas hominū. Et cognouit matathias et amici eius: et luctum habuerūt super eos valde. Et dixit vir proximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri

fecerunt et non pugnaverimus aduersus gentes per animabus nostris et iustificationibus nostris: cuncti dispertent nos a terra. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum: et non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos sinagoga iudeorum fortis viribus ex israel: omnis voluntarius in lege et omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos: et facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum et percusserunt peccatores in ira sua et viros iniquos in indignatione sua: et ceteri fugerunt ad nationes ut euaderent. Et circuiuit matathias et amici eius et destruxerunt aras: et circumciderunt pueros incircumcisos quantum inuenerunt in finibus israel in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbie: et prosperatum est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium et de manibus regum: et non deterunt cornu peccatori. Et appropinquaret dies matathie moriendi: et dixit filiis suis. Nunc confortata est superbia et castigatio et tempus euersionis et ira indignationis. Nunc ergo o filii emulatores estote legis: et date animas vestras pro testamento patrum. Et memento opere patrum que fecerunt in generationibus suis: et accipietis gloriam magnam et nomen eternum. Abraham none in temptatione inuentus est fidelis: et reputatum est ei ad iusticiam: Joseph in tempore angustie sue custodiuit mandatum: et factus est dominus egypti. Finees pater noster zelato zelum dei accepit testamentum sacerdotum eternum. Ihesus dum impleuit obibus factus est dux in israel. Calleph dum testificatus in ecclesia accepit hereditatem. David in sua misericordia consecutus est regnum in secula. Helias dum zelat zelum legis: receptus est in celum. Ananias azarias et misabel cretentes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate pro generationibus et generationibus: quod omnes qui sperant in eum non infirmant. Et a vobis viri peccatoris ne timueritis: quod gloria eius steret et omnis est. Nobis extollitur et cras non inuenietur: quod puerus est in terra sua: et cogitatio eius periet. Elos ergo filii confortamini et viriliter agite in lege: quod cum feceritis que precepta vobis sunt in lege a domino deo vestro: in ipsa gloriosi eritis. Et ecce simon frater vestri scio quod

vir filii est. Ipsu audite sepe: et erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuuetute sua sit vobis princeps milicie: et ipse aget bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis: et vindicete vindictam populi vestri. Retribuite retributo gentibus: et intendite in preceptum legis. Et benedixit eos: et appositus est ad patres suos. Et defunctus est cum testimonio et quadragesimo sexto anno: et sepultus est a filiis suis in sepulchris patrum suorum in modum: et planxerunt eum omnes israel planctu magno.

**E**t surrexit iudas qui vocatur **Ca. III.** cabab machabeus filius eius pro eo: et adiuuabant eum omnes fratres eius et vniuersi qui se iunxerant patri eius: et preliabantur pro populo israel cum leticia. Et dilatavit gloriam populo suo: et induit se loriscam sicut gigas et succurrit se arma bellica sua in preliis: et protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis: et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos perscrutans eos: et qui perturbabant populum suum: eos succedit flammis: et repulsi sunt inimici eius. pro timore eius. Et omnes operarii iniquitatis turbati sunt et directa est salus in manu eius. Et exacerbat reges multos: et letificabat iacob in opibus suis: et in seculum memoria eius in benedictione. Et pambulabat ciuitates iuda et perdidit impios ex eis: et auertit iram ab israel. Et nominatus est usque ad nouissimum terre: et congregauit pereuntes. Et congregauit apolonius gentes: et a samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra israhel. Et cognouit iudas et exiit obviam illi: et percussit et occidit illum et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fugerunt: et accepit spolia eorum. Et gladium apolonij abstulit iudas: et erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit seron princeps exercitus sirie: quod congregauit iudas congregato fidelium et ecclesiam secum. Et ait. Faciam mihi nomen et glorificabor in regno: et debellabo iuda et eos qui cum ipso sunt: qui spernebant verbum regis. Et preparauit se: et ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarii ut facerent vindictam in filios israel. Et appropinquaret usque bethorod: et exiit iudas obviam illis cum paucis. Et cum viderent exercitum venientem sibi obviam dixerunt iude. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem?

tantā. tā fortē! Et nos fatigati sum? ieiunio hodie. Et ait iudas. Facile est cōcludi multos in manu paucorū: et nō est differētia in cōspectu dei celi liberare in multis et in paucis: quāniam nō in multitudine exercit? victoria belli: sed de celo fortitudo est. Ipsi veniūt ad nos in multitudine cōtumaci et supbia: ut dispant nos et uxores nostras et filios nros: et ut spoliēt nos. Nos vero pugnabim? p animab? nris et legib? nris. et ipse dñs pteret eos ante faciē nraz. Eos autē ne timueritis eos. Et cessauit aē loqui insiluit in eos subito: et contritus est seron et exercitus eius in p̄spectu ipius: et p̄secutus ē eum in descensu betheron vsq; in campū. Et ceciderūt ex eis octingēti viri: reliqui autē fugerunt i terrā philistim. Et cecidit timor iude ac fratru ei? et formido sup omnes gētes in circuitu eoz: et puenit ad regē nomē eius: et de plijs iude narrabāt omnes gētes. Et audiuit autē rex antiochus smones istos iratus est animo: et misit et p̄gregauit exercitū uniuersi regni sui castra fortia valde. Et aperuit erariū suum: et dedit stipendia exercitui in annū et mandauit illis ut essent pati ad omnia. Et vidit q? defecit pecunia d̄ thesauris suis et tributa regionis modica ppter dissensionem et plagā quā fecit in terra: ut tolleret legitima q̄ erāt a primis diebus. Et timuit ne nō haberet et semel et bis in sūpt? et donatiua q̄ dederat ante larga manu: et abundauerat sup reges qui ante eū fuerāt. Et p̄sternat? erat animo valde: et cogitauit ire i p̄sētē et accipe tributa regionū: et congregare argētū mltū. Et reliquit lisiā hominē nobilē de genere regali sup negocia regia a flumine eufraten vsq; ad flumē egipti: et ut nutriret antiochum filiū suū donec rediret. Et tradidit ei mediū exercitus et elephātos: et mādaui ei d̄ omib? q̄ volebat et de inhabitatib? iudeā et hirlm: et ut mitteret ad eos exercitū ad p̄terendā et extirpandā v̄tutē isrl. et reliqas hirlm. et auferendā memoriā eoz d̄ loco: et ut p̄stitueret habitatores filios alienigenas i omib? finib? eoz: et sorte distribueret terrā eoz. Et rex assūpsit p̄ter exercit? residui. et exiuit ab antiochia ciuitate regni sui anno cētesimo et q̄dragesimoseptimo: et insfretauit eufraten flumē: et pambulabat supiores re-

giones. Et elegit lisiā ptolomeū filiū dorim et nichanorez et gorgiā viros potētes ex amicis regis: et misit cū eis q̄dragita milia viroz et septē milia eq̄tū: ut venirēt in terrā iuda et dispererēt eā secūdū v̄bū regis. Et p̄cesserūt ut irēt cū uniuersa v̄tute sua et venerūt et applicuerūt anmā i terra campestri. Et audierūt mercatores regionū nomē eoz: et acceperūt aux? et argētū multū valde et pueros. et venerūt i castra ut acciperēt filios isrl i suos: et additi sūt ad eos exercitus sirie et terre alienigenaz. Et vidit iudas et fratres ei? qz multiplicata sunt mala: et exercitus applicabat ad fines eoz et p̄gnouerūt v̄ba regis q̄ mādaui p̄lo facere i interitū et p̄sumacōnem. Et dixerūt unusq; ad p̄ximū suū. Erigam? delectōz ppli nri: et pugnem? p̄ p̄lo nro et sactis nostris. Et cōgregat? ē p̄uent? ut essent pati in plium: et ut oraret? et peterēt misericordiā et miseratōnes. Et hirlm nō habitabat sed erat sicut desertū. Nō erat q̄ ingrederet? et egrederet? de natis eius: et sactū p̄culcatur. Et filij alienigenaruz erāt in arce: ibi erat habitacō gētū. Et ablata ē voluptas a iacob: et defecit ibi tibia et cithara. Et cōgregati sūt et veuerūt i masphat p̄ hirlm qz locus oratōnis erat i masphat anq; i israhel. Et ieiunauerūt illa die: et induerūt se cilicijs et cinerē iposuerūt capiti suo: et dissuerūt vestimēta sua. Et expāderūt libros legis de qb? scrutabāt gentes similitudinē simulacroz suoz: et attulerūt ornāmēta sacertotalia et p̄micias et decimas: et suscitauerūt nazareos q̄ impleuerāt dies: et clamauerūt voce magna i celū dicētes. Quib? faciē? istis: et q̄ eos ducem? Et sancta tua p̄culcata sūt et cōtamiata sūt: et sacerdotes tui facti sūt i luctū et i humilitatē. Et ecce natōnes cōuenerūt aduersum nos: ut nos dispant. Tu scis q̄ cogitāt i nos. Quō poterim? s̄sistere ante faciē eoz: nisi tu de? adiuues nos? Et tub? exclamauerunt voce magna. Et post hec constituit iudas duces populi: tribunos et cēturiones et pentacōtrachos et decuriones. Et dixit hijs q̄ edificabāt dom? et sponsabāt uxores et plantabāt vineas et formidolosis: ut rediret unusq; i domū suā secūdum legem. Et mouerūt castra: et collocauerunt ad austrū ammaū. Et ait iudas. Accingimī et estote filij

potentes: et estote parati in mane ut pugnetis aduersus nationes has que uenerunt dispendere nos et sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello: quam uidere mala gentis nostre et sanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in celo sic fiat. **Capi.** .III.

**E**t assumpsit gorgias quique milia viro-  
rum: et mille equites electos: et mouerunt castra nocte ut applicarent ad castra iudeorum: et percuterent eos subito. Et filij qui erant ex arce erant illis duces. Et audiuit iudas: et surrexit ipse et potentes percutere virtute exercituum regis: que erant in ammaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris. Et venit gorgias in castra iude nocte: et neminem inuenit. Et querebat in montibus eos. quoniam dixit: fugiunt hijs a nobis. Et cum dies factus esset apparuit iudas in campo cum tribus milibus viro-  
rum tantum qui tegumenta et gladios non habebat. Et viderunt castra gentium valida: et loricatedos et equitatus in circuitu eorum: et hijs docti ad prelium: et ait iudas viris qui secum erant Ne timueritis multitudinem eorum: et impetum eorum ne formidetis. Memoretur qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro: cum sequeretur eos pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in celum et miseretur nostri dominus: et memor erit testamenti patrum nostrorum et conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie: et scient omnes gentes quia est deus qui redimat et liberet israel. Et leuauerunt alienigenae oculos suos: et viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierunt de castris in prelium: et tuba cecinerunt hijs qui fuerant cum iuda. Et congressi sunt: et contriti sunt gentes et fugerunt in campum. Nouissimi autem ceciderunt in gladio et persecuti sunt eos usque gezeron et usque in campos ydumee et azoti et iamme: et ceciderunt ex illis usque ad tria milia viro-  
rum. Et reuersus est iudas: et exercitus eius sequens eum. Dixitque ad populum. Non concupiscatis spolia quod bellum contra nos est: et gorgias et exercitus eius prope nos in motibus: sed stete nunc contra inimicos nostros et expugnae eos: et sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quidam prospiciens de monte. Et vidit gorgias quod in fugam conuersi sunt sui: et successa sunt castra. Fumum enim quod videbat declarabat quod factum est. Quibus illi

conspicere timuerunt valde: aspicientes silam et iudam. et exercitum in campo paratum ad prelium: et fugerunt omnes in campo alienigenarum: et iudas reuersus est ad spolia castrorum. Et acceperunt aurum et argentum multum et iacinctum et purpuram marinam et opes magnas: et conuersi in ymnium canebant et benedicebant deum in celum quoniam bonum est: quoniam in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna in israel in die illa. Quicumque autem alienigenarum euaserunt: venerunt et nunciauerunt lisie vniuersa que acciderat. Quibus ille auditis consternatus animo deficiebat: quod non qualia voluit talia contigerunt in israel: et quoniam madau it rex. Et sequenti anno congregauit lisias viro-  
rum electorum sexaginta milia et equitum quoniam milia: ut debellaret eos. Et venerunt in iudeam: et castra posuerunt in betheron: et occurrit illis iudas cum decem milibus viris. Et viderunt exercitum fortem: et orauit et dixit. Benedictus es saluator israel qui pertrixisti in manu serui tui dauid: et tradidisti castra alienigenarum in manu ionathe filij saul et armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui israel: et profundant in exercitu suo et equitibus. Da illis formidinem: et tabefac audaciam virtutis eorum: et commoueat contritione sua. Deice illos gladio diligentium te: et collaudet te omnes qui nouerunt nomen tuum in ymnis. Et miserunt plures et ceciderunt de exercitu lisie quoniam milia viro-  
rum. Videns autem lisias suorum fugam. et iudeorum audaciam: et quod parati sunt aut viuere aut mori fortiter: abiit antiochiam et elegit milites ut multiplicati rursus veniret in iudeam. Dixit autem iudas et fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendam nunc mudare facta et renouare. Et congregatus est omnis exercitus: et ascenderunt in montem syon. Et viderunt sanctificationem desertorum et altare yphana-  
tum. et portas exustas: et in atrijs vngulata nata sicut in saltu. vel in motibus: et pastoforia diruta. Et sciderunt vestimenta sua et planxerunt plactu magno: et inposuerunt cinerem super caput suum. et ceciderunt in faciem super terram: et exclamauerunt tub signorum et clamauerunt in celum. Tunc ordinauit iudas viros ut pugnaret aduersus eos qui erant in arce. donec emundaret sancta. Et elegit sacerdotes secundum maclam voluntatem habentes in lege dei. et mundauerunt sancta: et tulerunt lapides pertransiacionis in locum imundum. Et cogitauit

de altari olocustoz quod pphanatū erat: qđ de eo faceret. Et incidit illi p̄siliū bonum ut destrueret illud: ne forte illis esset in obprobrium quia p̄taminauerunt illud gētes: et demoliti sūt illud. Et reposuerūt lapides ī monte domus in loco apto: qđ ad usq; veniret p̄beta et responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem: et edificauerūt altare nouū fm̄ illud quod fuit prius: et edificauerunt sancta et que intra domū erāt ītrīsec? et edē: et atria s̄ctificauerūt. Et fecerūt vasa s̄cta noua et itulerūt candelabrū et altare incensoz et mēsam ī tēplū: Et incensū posuerūt sup altare: et accenderūt lucernas que sup cādelabrū erāt: et lucebāt in tēplo. Et posuerūt sup mensam panes: et appenderūt velamina: et consumauerūt omnia opa qđ fecerāt. Et ante matutinū surrexerūt q̄nta et vicesima die mensis noni. hic est mēsis casleu cētesimū quadragesimioctauū anni: et obtulerūt sacrificium secūdu legem super altare olocustoz nouū quod fecerūt. Secundū tempus et secundum diem ī qua contaminauerunt illud gentes: in ip̄a renouatū ē in canticis et citharis et cīpennis et cimbalis. Et cecidit omnis populus in faciē: et adorauerunt et benedixerunt in celū eum qui p̄sperauit eis. Et fecerunt bēdicacōnez altaris diebus octo: et obtulerūt olocusta cū leticia: et salutaria laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis et scutulis: et bēdicauerunt portas et pastaforia: et imposuerunt eis ianuas. Et facta ē leticia in populo maḡ valde: et auersū est obprobriū gētū. Et statuit iudas et fr̄es ei? et vniuersa ecclesia isrl̄ ut agat dies bēdicacōis altaris in temporib; suis ab āno in ānū p̄ dies octo: a q̄nta et vicesima die mens̄ casleu cū leticia et gaudio. Et edificauerūt in tēpore illo montē syon et p̄ circuitū muros altos et turrez firmas: nequāto veniret gētes et p̄culcarēt eū sicut antea fecerūt. Et collocauit illic exercitum ut fuarēt eū: et muniuit eū ad custodiēdā bethsurā: ut haberet p̄plus municōnē p̄tra faciē ydumee.

Capitulū .V.

**E**t factū ē ut audierūt gētes ī circuitu qđ edificatū ē altare et s̄ctuariū sicut p̄sus irate s̄ valde. et cogitabāt tollē gen? iacob. qđ erāt ī eos: et ceperūt occi-

dere de p̄plo et p̄sequi. Et debellabat iudas filios esau in ydumee et eos qui erāt ī arabathane qđ circūsedebāt israhelitas: et p̄culsit eos plaga magna. Et recordatus ē maliciā filioz bean: qđ erāt p̄plo in laqum et in scandalū īsidiātes ei ī via. Et p̄clusi sunt ab eo in turrib;: et applicuit ad eos: et anathematizauit eos: et icendit fr̄es eoz igni cū omnib; qđ ī eis erāt. Et trāsiuit ad filios āmon et īuenit manū fortē et populū copiosū: et timotheū ducē ip̄oz. Et p̄misit eoz eis p̄lia m̄lta et p̄triti sūt ī p̄spectu eoz: et p̄culsit eos et cepit iazer ciuitatē et filias ei? et reuers? ē in iudeā. Et p̄gregate sūt gētes in galaad aduersus israhelitas qđ erāt in finib; eoz ut tollerent eos: et fugerūt in datheman municionē: et miserūt litteras ad iudam et fr̄es ei? dicētes. Congregate sunt aduersū nos gētes p̄ circuitū ut nos auferant: et parāt venire et occupare munitōz ī quā p̄fugim?: et timothe? ē dux exercitus eoz. Nūc ergo veni et eripe nos de manib; eoz: qđ cecidit m̄ltitudo de nob;. Et omnes fratres nostri qui erāt ī locis tubin iterfecti s̄t: et captiuas duxerūt uxores eoz et natos et spolia: et p̄emerūt illic fere mille viros. Et adhuc epistole legebāt: et ecce alij nūcij venerūt de galilea cōcissis tunicis nūciantes secūdu v̄ba hec: dicētes cōuenissē aduersū se. a ptolomaida et tyro. et sydone: et repleta ē omnis galilea alienigenis: ut nos cōsumant. At audiuit autez iudas et p̄plus fr̄mones istos: cōuenit ecclesia magna cogitare qđ facerēt fratrib; suis qui in tribulatione erāt et expugnabant ab eis. Dixit qđ iudas symoni fratri suo. Elige tibi viros et vade et libera fratres tuos ī galilea. Ego autē et fr̄ ei? ionathas ibim? in galabithim. Et reliquit iosephū filiu; zacharie et azariam duces p̄pli cū residuo exercitu in iudea ad custodiā: et p̄cepit illis dicēs. Preestote p̄plo huic: et nolite bellū p̄mittē aduersū gentes donec reuertamur. Et dati s̄t symōi viri tria milia ut iret ī galileā: iude autē octo milia ī galabithi. Et abiit symon ī galileā: et p̄misit p̄lia m̄lta cū gētib;. Et p̄trite s̄t gētes a facie ei?: et p̄secut? ē eos usq; ad portā ptolomaidēs. Et ceciderūt de gentibus fere tria milia viroz: et accepit spolia eorum. Et assūpsit eos qui erant in galilea et in arbatis eoz uxores et natis

**Primus**

et omnibus que erant illis. et abduxit in iudeas cum leticia magna. Et iudas machabeus et ionathas et fratres eius transierunt iordanem: et abierunt viam trium dierum in desertum. Et occurrerunt eis nabuthei et susceperunt eos pacifice. et narrauerunt eis omnia que acciderant fratribus eorum in galaditide: et quia multi ex eis comprehensi sunt in barasa et bosoz. et in alimis et in casphoz et mageth. et carnaim. Hec omnes ciuitates munitae et magne. Sed et in ceteris ciuitatibus galaditidis tenentur comprehensi. Et in crastinum constituerunt ad mouere exercituum ciuitatibus hijs: et comprehendere et tollere eos in una die. Et conuertit iudas et exercitus eius viam in desertum bosoz repente. et occupauit ciuitatem et occidit omnem masculum in ore gladii. et accepit omnia spolia eorum et succendit eam igni. Et surrexerunt inde nocte: et ibant usque ad munitonem. Et factum est diluculo cum eleuassent oculos suos: et ecce plus multus cuius non erat numerus portantes scalas et machinas ut comprehenderent munitonem et expugnarerent eos. Et vidit iudas quod cepit bellum: et clamor belli ascendit ab celis sicut tuba: et clamor magnus de ciuitate. Et dixit exercitui suo. Pugna te hodie pro fratribus vestris. Et venit tribus ordinibus post eos: et exclamauerunt tubis. et clamauerunt in oratione. Et pergrauerunt castra thimothei quod machabeus est: et refugerunt a facie eius. Et percusserunt eos plaga magna: et ceciderunt ex eis in die illa fere octo milia virorum. Et diuertit iudas in masphat et expugnauit et cepit eam: et occidit omnem masculum eius et sumpsit spolia eius et succendit eam igni. Inde prexit et cepit casbon. et mageth et bosoz: et reliquas ciuitates galaditidis. Post hec autem verba congregauit timotheus exercitum alium: et castra posuit contra raphon trans torrentem. Et misit iudas speculari exercituum. et renunciauerunt ei dicentes quod conuenit ad eum omnes gentes que in circuitu nostro sunt et exercitus multus nimis. Et arabes conduxerunt in auxilium sibi. et castra posuerunt trans torrentem pati ab te venire in prelium. Et abiit iudas obuiam illis. Et ait timotheus principibus exercitus sui. Cum appropinquerit iudas et exercitus eius ab torrente aque. si transierit ad nos prior. non poterimus sustinere eum: quod potes potes

rit aduersus nos. Si vero timuerit transire et posuerit castra extra flumen: transiretemus ad eos: et poterimus aduersus illum. Et autem appropinquauit iudas ab torrente aquae statuit scribas populi secus torrentem: et mandauit eis dicens. Neminem hominum reliqueritis: sed veniant omnia in prelium. Et transfretauit ab illos prior: et omnis populus pro eum. Et pertrixit se omnes gentes a facie eorum: et proiecerunt arma sua: et fugerunt ad phanum quod erat in carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatem: et phanum succendit igni cum omnibus que erant in ipso. Et oppressa est carnaim: et non potuit sustinere per faciem iude. Et congregauit iudas vniuersos israelitas que erant in galaditide a minimo usque ad maximum: et viros eorum: et natos et exercitum magnum valde: ut veniret in terram iude. Et uenerunt usque ephron et hec ciuitas magna in ingressu posita munita valde. Et non erat declinare ab ea dextra vel sinistra: sed per mediam iter erat. Et incluserunt se que erant in ciuitate: et obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos iudas verbis pacificis dicens. Transeamus per terram vestram ut eam in terram nostram: et nemo uobis nocebit: tantum pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire. Et precepit iudas predicare in castris: ut applicarent unusquisque in quo erat loco. Et applicuerunt se viri virtutis: et obpugnauit ciuitatem illam tota die et tota nocte: et tradita est ciuitas in manu eius. Et peremerunt omnem masculum in ore gladii: et eradicauit eam et accepit spolia eius: et transiuit per totam ciuitatem super infectos. Et transgressi sunt iordanem in campo magno per faciem bethsan. Et erat iudas congregans extremos: et exhortabatur populum per totam viam donec veniret in terram iuda. Et ascendet in montem syon: cum leticia et gaudio: et obtulerunt olocausta: quod nemo ex eis cecidisset donec reuenterent in pace. Et in diebus quibus erat iudas et ionathas in terra galaad. et symon frater eius in galilea. contra faciem ptolomaidis audiuit iosephus zacharie filius et azarias princeps virtutis res bene gestas et prelia que facta sunt: et dixit. Faciamus. et ipsi nobis nomen: et eamus pugnare aduersus gentes que in circuitu nostro sunt. Et precepit hijs que erant in exercitu suo et abiierunt iammiam: et exiit gorgias de ciuitate. et viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati sunt iosephus et azarias usque in fines iudee. et ceciderunt illa die de populo israel ad duo milia virorum.

Et facta est plaga magna in populo: quia non audierunt iudam et fratres eius: existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine viroꝝ illorū: pro quos salus facta est in israhel. Et viri iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis israhel et gentium omnium: ubi audiebatur nomen eorum. Et conueniunt ad eos fausta acclamantes. Et exiit iudas et fratres eius et expugnabant filios esau in terra que ad austrum est: et percussit chebron et filias eius: et muros eius et turres eius succendit igne in circuitu. Et movit castra ut iret in terram alienigenarum: et pambulabat samariam. In illa die ceciderunt sacerdotes in bello dum voluerunt fortiter facere: dum sine consilio exeunt in plium. Et declinavit iudas in azotum in terram alienigenarum: et diruit aras eorum et spolia deorum suorum succendit igni: et cepit spolia civitatum et reversus est in terram iuda.

**Ca VI**  
**R**ex athiochus pambulavit superiores regiones. Et audiuit esse civitatem elimaitem in parte nobilissimam et copiosam in auro et argento. et plures in ea locuplex valde: Et illic velamina aurea et lorice et scuta: que reliquit alexander philippi rex macedo que regnavit primus in grecia. Et venit et querebat cape civitatem et deponere eas: et non potuit quoniam innotuit primo hijs que erant in civitate. Et insurrexerunt in plium et fugit inde et abiit cum tristitia magna: et reversus est babilonia. Et venit que nunciaret ei in parte: quia fugata sunt castra que erant in terra iuda: et quia abiit lisias cum virtute forti in primis et fugatus est a facie iudeorum: et invaluere armis et viribus et spolijs multis que ceperunt de castris que exciderunt: et quia diruerunt abominacionem quam edificaverat super altare quod erat in iherosolima: et sanctificacionem sicut prius circumdederunt muris excelsis: sed et bethsuram civitatem suam. Et factum est ut audiuit rex simones istos expavit et commotus est valde: et decidit in lectum et incidit in languorem pro tristitia: quia non est factum sicut cogitabat. Et erat illic dies multos: quia renovata est in eo tristitia magna: et arbitratus est se mori. Et vocavit omnes amicos suos: et dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis: et concidi et corruvi corde pro sollicitudine. Et dixi in corde meo. In quantum tribulationes veni: et in quos fluctus tristitie

in qua nunc sum: qui iocundus eram et dilectus in potestate mea: Nunc vero remissio malorum que feci in iherosolima: unde et abstuli omnia spolia aurea et argentea que erant in ea: et misi auferre habitantes iudeam sine causa. Cognovi ergo quia propterea inveniunt me mala ista: et ecce pereor tristitia magna in terra aliena. Et vocavit philippum unum de amicis suis: et proposuit eum super universum regnum suum. Et dedit ei diademata et stolam suam et anulum: ut abduceret antiochum filium suum et nutriret eum et regnaret. Et mortuus est illic rex antiochus anno centesimoquadragesimo nono. Et constituit regnare antiochum filium eius quem nutrivit adolescentem: et vocavit nomen eius eupatorum. Et hijs qui erant in arce concluserunt israhel in circuitu sanctorum: et querebant eis mala semper ad firmamentum gentium. Et cogitavit iudas disperdere eos: et convocavit universum populum ut obsiderent eos. Et pervenerunt sicut: et obsiderunt eos anno centesimoquingagesimo: et fecerunt ballistas et machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebant: et adiunxerunt se illis aliqui ex impijs israhel: et abierunt ad regem et dixerunt. Quousque non facis iudicium: et vindicas fratres nostros: Nos decrevimus fuire patri tuo et ambulare in preceptis eius et obsequi edictis eius: et filij populi nostri propter hec alienabant se a nobis. Et quousque inveniuntur ex nobis interficiebantur: et habitates nostre diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum: sed et in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in iherosolima occupare eas: et munitos in bethsuram munituram. Et nisi perveneris eos velocius maiora que hec facient: et non poteris obtinere eos. Et iratus est rex ut hec audiuit. et convocavit omnes amicos suos et principes exercitus sui: et eos qui super equites erant. Sed et de regnis alijs et de insulis maritimis venerunt ad eum: exercitus conductivus. Et erat numerus exercitus eius centum milia peditum et vigintimilia equitum et elephantum trigintaduo. docti ab plium. Et venerunt per ydumeam et applicuerunt ad bethsuram: et pugnauerunt dies multos: et fecerunt pugnam virilem. Et recessit iudas ab arce et

mouit castra ad bethzacharan ptra castra  
 regis. Et surrexit ante lucem: et concita-  
 uit exercitus impetum p̄ viam bethzacha-  
 ran. Et p̄parauerūt se exercitus ī plūz: et  
 tubis cecinerūt. Et elephātis oñderūt san-  
 guinem vne et mori: ad acuentos eos in  
 plū. Et diuiserūt bestias p̄ legiones: et asti-  
 terūt singlis elephātis mille viri. ī loriciis  
 cōcathenatis et galee eree in capitibz eoz:  
 et q̄ngenti equites ordinati vnicuiqz bestie  
 electi erant. Dñj ante tēpus vbiqz erat be-  
 stia ibi erāt: et quocūqz ibat ibāt: et n̄ disce-  
 debāt ab ea. Sed et turree lignee sup eos  
 firme p̄tegentes. sup singulas bestias: et su-  
 per eas machine. Et sup singulas viri vir-  
 tutis trigintaduo q̄ pugnabāt desup: et it̄  
 magister bestie. Et residuū equitatū hīc et  
 inde statuit in duas p̄tes: tubis exercitum  
 cōmouere: et purgere cōstipatos in legio-  
 nibz eius. Et vt refulsit sol ī clipeos au-  
 reos et ereos resplenduerūt mōtes ab eis:  
 et resplenduerūt sicut lāpades ignis. Et di-  
 stenta ē pars exercitus regis p̄ mōtes ex-  
 cellos: et alij p̄ loca humilia: et ibāt caute  
 et ordinate. Et cōmouebant omēs inhītā-  
 tes terrā a voce multitudinis eoz: et īces-  
 su turbe et collisione armorū. Erat em̄ ex-  
 ercitus magnus valde et fortis. Et appropi-  
 auit iudas et exercitus eius in plūm: et ce-  
 ciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et  
 vidit eleazar fili⁹ saura vnam de bestiis lo-  
 ricatam loriciis regis: et erat eminēs sup ce-  
 teras bestias. Et visum ē ei qd ī ea esset rex  
 et debet se vt liberaret populū suum: et ac-  
 q̄reret sibi nomen eternuz. Et cucurrit ad  
 eam audacter in medio legionis interfici-  
 ens a dextris et a sinistris: et cadebāt ab eo  
 huc et illuc. Et iuit s̄b pedes elephantis et  
 supposuit se ei: et occidit eū et cecidit in ter-  
 ram sup ipm: et mortuus ē illic. Et viden-  
 tes virtutez regis et impetū exercitus eius  
 diuerterūt se ab eis. Castra aut̄ regis ascē-  
 derunt cōtra eos in hīrlm: et applicuerunt  
 castra regis ad iudeā et mōtem syon. Et fe-  
 cit pacē cū hīs q̄ erāt in bethsura: et exierūt  
 de ciuitate qz nō erāt eis ibi alimēta cōclu-  
 sis: qz sabbata erāt terre. Et p̄phendit rex  
 bethsurā et cōstituit ibi custodiā suare eā:  
 et cōuertit castra adlocum s̄ctificacōis di-  
 es multos. Et statuit illic balistas et machi-  
 nas et ignis iacula et tormēta ad lapides

iactandos: et spicula et scorpios. ad mittē-  
 das sagittas. et fundibula. Fecerūt autē et  
 ipi machinas aduers⁹ machinas eoz: et pu-  
 gnauerūt dies multos. Et ecce aut̄ nō erāt in  
 ciuitate eoz septimus annus esset: et q̄ re-  
 manserant in iudea de gentibz cōsūpserant  
 reliq̄as eoz que repositae fuerant. Et remā-  
 serūt ī s̄ctis viri pauci q̄niam obtinuerat  
 eos fames: et disp̄si sūt vnusq̄sqz in locum  
 suum. Et audiuit līsias qd philippus quē cō-  
 stituerat rex anthiochus cū adhuc viueret  
 vt nutrirēt anthiochum filiū suū et regna-  
 ret. reuersus ē a p̄side et media et exercit⁹  
 q̄ abierat cuz ip̄o: et qz querit suscipere re-  
 gni negocia. Et festinauit ire: et dicere ad  
 regem et duces exercitus. Deficim⁹ quoti-  
 die et esca nobis mobica est: et loc⁹ quē ob-  
 sidem⁹ ē munitus: et incūbit nob̄ ordinare  
 de regno. Nūc itaqz dem⁹ dextrās homībus  
 istis et faciamus cū illis pacē et cū omī gē-  
 te eoz: et cōstituamus illis vt ambulēt in  
 legitimis suis sicut pri⁹. Propter legitti-  
 ma em̄ ip̄orum q̄ desperim⁹ irati sūt: et fe-  
 cerūt omnia hec. Et placuit fmo in cōspe-  
 ctu regis et p̄ncipū: et misit ad eos pacem  
 facere et ceperūt illā: et iurauit illis rex et  
 p̄ncipes et exierunt de municōne. Et intra-  
 uit rex montē syon et vidit municionē lo-  
 ci: et rupit cici⁹ iuramētum quod iurauit:  
 et mandauit destruere murum in giro. Et  
 discessit festinanter et reuersus ē antiochiā  
 et inuenit philippū dñantē ciuitati: et pu-  
 gnauit aduersus eum et vi occupauit ciui-  
 tatem. **Capitu. VII.**

**A**nno cētesimoq̄nq̄gesimo et primo  
 exiuit demetri⁹ seleuci fili⁹ ab vrbe  
 roma: et ascēdit cuz paucis viris ī  
 ciuitatē maritimā: et regnauit illic. Et fa-  
 ctū ē vt ingressus ē domū regni patrū suo-  
 rum p̄prehēdit exercit⁹ antiochū et līsia vt  
 abducerent eos ad euz: et res ei inotuit: et  
 ait. Nolite mihi ostendere faciē eoz. Et oc-  
 cidit eos exercitus. Et sedit demetrius sup  
 sedem regni sui: et venerunt ad eū viri ini-  
 qui et impij ex israhel. et alchimus dux eo-  
 rum: qui volebat fieri sacerdos. Et accusa-  
 uerunt populuz apud regē dicentes. Per-  
 didit iudas et fratres eius amicos tuos et  
 nos disperdidit de terra nostra. Nūc ergo  
 mitte virū cui credis vt eat et videat exēmi-  
 niū omīe qd fecit nob̄ in regioibus regis: et

punit oēs amicos ei⁹ ⁊ adiutores eoz. Et elegit rex ex amicis suis bachidē qui dnā-  
 bas trās flumen magnū in regno ⁊ fideles regi: ⁊ misit eū ut vidēt extimīū qd fecit iudas. Sz ⁊ alchimū impiū pstituit in sacerdotiū: ⁊ mādauit ei facē ultionē i filios isrl. Et surrexerūt ⁊ venerunt cū exercitu magno in trās iuda: ⁊ miserūt nūcios ⁊ locuti sūt ad iudā ⁊ ad frēs eius v̄bis pacificis i dolo: ⁊ n̄ intenderūt s̄monib⁹ eoz. Gliterūt em̄ qz venerūt cuz exercitu magno: ⁊ cōuenerūt ad alchimū ⁊ bachidē pgregatio scribarū req̄rere q̄ iusta sunt. Et primi assidei q̄ erant i filiis isrl: ⁊ exquirebāt ab eis pacē. Dixerunt em̄. Homo sacerdos de semie aaron venit: nō decipiet nos. Et locutus ē cū eis v̄ba pacifica: et iurauit illis dicēs. Nō inferem⁹ vobis malū: neq; amicis v̄ris. Et crediderūt ei. Et cōprehēdit ex eis sexaginta viros: et occidit eos in vna die s̄m verbū qd scriptū est. Carnes sc̄oz tuoz ⁊ sanguinē ipoz effuderūt in circuitu hirlm: ⁊ n̄ erat q̄ sepeliret. Et incubuit timor et tremor in om̄em pplm: quia dixerunt. Non ē veritas ⁊ iudiciū in eis. Trāsgressi sunt em̄ constitutū: et iusiurandum quod iurauerūt. Et mouit bachides castra ab hirlm ⁊ applicuit i bethzecha: et misit ⁊ pprehēdit mltos ex eis qui a se refugerāt: et quosdam de pplō mactauit: et in puteuz magnū proiecit. Et commisit regioneꝝ alchimo: et reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi. Et abiit bachides ad regez. Et satis agebat alchimus pro principatu sacerdotij sui. Et conuenerūt ad eum omnes qui pturbabant populum suū: et obtinuerūt terraz iuda: et fecerunt plagam magnā in isrl. Et vidit iudas om̄ia mala que fecit alchimus et qui cum eo erant filijs israhel plus multo q̄ gentes: et exiit in omnes fines iudee in circuitu et fecit vindictam in viros desertores: et cessauerunt vlē exire in regionem. Elidit aut̄ alchim⁹ q̄ pualuit iudas et q̄ cum eo erāt ⁊ cognouit qz nō potest sustinere eos: et regressus est ad regez: ⁊ accusauit eos multis criminib⁹. Et misit rex nichanorē vnū ex pncipib⁹ suis nobiliorib⁹. qui erat inimiciā exercēs p̄ isrl: et mādauit ei euellē pplm. Et venit nichanor in hirlm cum exercitu magno: et misit ad iudā ⁊ ad frēs eius cū

dolo verbis pacificis dicēs. Non sit pugna inf̄ me et vos. Veniam cū viris paucis: ut videā facies v̄ras cū pace. Et venit ad iudā et salutauerūt seinuicē pacifice: et hostes parati erāt rapere iudā. Et innotuit s̄mo iude qm̄ cuz dolo venerat ad eū: ⁊ conterritus est ab eo: ⁊ āplius noluit vidē faciē eius. Et p̄guit nichanor qm̄ tenubatū est p̄siliū eius: ⁊ exiuit obuiā iude i pugnā iuxta capharsalama. Et ceciderunt de nichanoris exercitu fere quinq; milia viri: ⁊ fugerūt in ciuitateꝝ dauid. Et post hec v̄ba ascendit nichanor i montē syon: ⁊ exiit d̄ sacerdotib⁹ ppli salutare eum in pace: ⁊ be-  
 mōstrare ei olocustomata q̄ offerebant p rege. Et irritēs spreuit eos: ⁊ polluit: et locutus ē supbe: ⁊ iurauit cū ira dicēs. Nisi ēditus fuerit iudas ⁊ exercit⁹ eius i manus meas: p̄tinuo cū regressus fuero i pace succendā domū istā. Et exiit cū ira maḡ. Et intrauerūt sacerdotes ⁊ steterūt añ faciez altaris ⁊ templi: ⁊ flentes dixerūt. Tu dn̄e elegisti domū istā: ab inuocandū nomē tuū in ea: ut eēt domus oratōis ⁊ obsecrationis pplō tuo. Fac vindictā in homie isto. et exercitu ei⁹: et cadent i gladio. Mem̄to blasphemias eoz: ⁊ ne deteris eis ut pmaneāt. Et exiit nichanor ab hirlm ⁊ castra applicuit ad betheron: et occurrit illi exercitus sirie. Et iudas applicuit in adarsa cum tribu milib⁹ viris. Et orauit iudas et dixit. Qui missi erāt a rege sennacharib dn̄e quia blasphemauerūt te. exiit angel⁹ ⁊ percussit ex eis centumoctogintaquinq; milia: sic conterere exercitū istum i p̄spectu n̄ro hodie et scient ceteri qz male locutus est sup sancta tua: ⁊ iudica illū s̄m maliciā illi⁹. Et pmiserūt exercitus pluz terciatēcima die mē̄s adar: ⁊ p̄trita sūt castra nichanoris: et cecidit ipse p̄mus in p̄elio ut aut̄ vidit exercitus eius quia cecidisset nichanor: p̄icerūt arma sua et fugerunt: et p̄secuti sunt eos viam vni⁹ diei ab adar vsq; quo veniā in gazara: et tubis cecinerunt post eos cū significationib⁹. Et exierunt de oībo castellis iudee i circuitu: et ventilabant eos cornibus: et conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio: et non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eozum in p̄cedam: et caput nichanoris amputauerunt

et dexterā ei? quā extēderat supbe: et attu-  
lerūt et suspēderūt contra hīrlm. Et letat?  
ē populus valde: et egerūt diem illā ī leti-  
cia magna. Et constituit agi omnibus an-  
nis diem istū terciadecima die mēsis abar  
et siluit terra iuda dies paucos.

**Capitulū. VIII.**

**E**t audiuit iudas nomen romano-  
rum quia sunt potentes viribus et  
acquiescunt ad omnia quae postulantur  
ab eis: et quicumque accesserunt ad eos statuerunt  
cum eis amicitias: et quia sunt potentes  
viribus. Et audierunt plura eorum et virtutes  
bonas quas faciunt in galacia: quia ob-  
tinuerunt eos et duxerunt sub tributum. Et quoniam  
ta fecerunt in regione hispanie: et quod in  
potestate redegerunt metalla auri et argenti  
que illic sunt: et possederunt omnem locum  
consilio suo et paciencia: et loca que longe  
erant valde ab eis et reges qui supuenerunt  
eis ab extremis terre contriuerunt: et percuss-  
erunt eos plaga magna. Ceteri autem dant  
eis tributum omnibus annis. Et philippum et pse-  
cium regem et ceteros qui aduersus eos ar-  
ma tulerant contriuerunt in bello: et obtinuerunt  
eos. Et anthiochum magnum regem asie  
qui eis pugnam intulerat habens centumviginti  
elephantes et equitatum et currus et exer-  
citum magnum valde contritum ab eis: et quod  
ceperunt eum viuum et statuerunt ei ut da-  
ret ipse et qui regnarent post ipsum tributum  
magnum: et daret obsides et constitutum. Et  
regionem medorum et medos et lidos de opti-  
mis regionibus eorum et acceptas eas ab  
eis dederunt eum regi. Et quia qui erant  
apud elladam voluerunt ire et tollere eos  
et innotuit sermo hijs et miserunt ad eos du-  
cem unum et pugnaverunt contra illos et ce-  
ciderunt ex eis multi: et captiuas duxerunt  
uxores eorum et filios et diripuerunt eos et  
terram eorum possederunt: et destruxerunt muros  
eorum: et in seruitute illos redegerunt usque in  
hunc diem. Et residua regna et insulas que  
aliqui restiterant illis exterminauerunt: et in  
potestate redegerunt. Cum amicis autem suis et  
qui in ipsis regem habebant consuauerunt  
amicitiam: et obtinuerunt regna quae erant pro-  
xima et quae erant longe: quia quicumque audie-  
bant nomen eorum timebant eos. Quibus vero  
vellent auxilio esse ut regnarent regnabant.  
Quos autem vellent regno deestabatur: et exal-

tati sunt valde. Et in omnibus istis nemo por-  
tabat diadema: nec induebatur purpura: ut  
magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt  
sibi: et quotidie consulebant trecentos viginti  
consilium agentes semper de multitudie: ut quae  
digna sunt gerant. Et mittunt uni homini  
magistratum suum per singulos annos domari  
vniuersae terre suae: et omnes obediunt uni  
et non est inuidia neque zelus inter eos. Et elegit  
iudas eupolemum filium iohannis filij iacob  
et iasonez filium eleazari et misit eos roma  
constituere cum illis amicitias et societate: ut  
auferrent ab eis iugum grecorum: quod viderunt  
quod in fuitutez premerent regnum israel. Et abie-  
runt roma via multa valde: et introierunt  
curiam et dixerunt. Judas machabeus et fra-  
tres eius et populus iudeorum miserunt nos ad  
vos statuere vobiscum societate et pacem  
et conscribere nos socios et amicos vestros  
Et placuit sermo in conspectu eorum. Et hoc  
rescriptum est quod rescripserunt in tabulis ere-  
iset miserunt in hirlm ut esset apud eos ibi  
memoriale pacis et societatis. Bene sit ro-  
manis et genti iudeorum in mari et in terra in-  
eternum: gladiusque et hostis percussus sit ab eis.  
Quod si insteterit bellum romanis prius aut  
omnibus socijs eorum in omni natione  
eorum: auxiliu feret gens iudeorum pro tempore  
dictauerit corde pleno. Et pliantibus non  
dabunt neque subministrabunt triticum. arma.  
pecunia. naues. sicut placuit romanis: et  
custodient mandata eorum nihil ab eis acci-  
pientes. Similiter autem etsi genti iude-  
orum prius acciderit bellum adiuuabunt ro-  
mani ex animo pro eis tempus promiserit  
et adiuuantibus non dabitur triticum. ar-  
ma. pecunia. naues. sicut placuit romanis  
et custodient mandata eorum absque dolo.  
Secundum haec verba constituerunt roma-  
ni populo iudeorum. Quod si post haec ver-  
ba hijs aut illi addiderint temere ad haec  
verba aliquid voluerint faciet ex proposito suo:  
et quaecumque addiderint vel templerint ra-  
ta erunt. Sed et de malis que demetrius rex  
fecit in eos scripsimus ei dicentes. Quare  
grauasti iugum tuum super amicos nostros  
et socios iudeos! Si ergo iterum abierint  
nos aduersum te faciemus illis iudicium:  
et pugnabimus tecum mari terraque.

**Capitulum. IX**

**I**nterea ut audiuit demetrius quod cecidit nichanor et exercitus eius in p[ro]lio: apposuit bachib[us] et alchimū rursum mittere in iudeam: et dexterum cornu cum illis. Et abierunt viam quam ducit in galgalam et castra posuerunt in masaloth quam est in azbellis et occupauerunt eam: et p[er]emerunt animas hominum multas. In mense primo anni centesimi et quadrag[esimi] et secundi applicuerunt exercitum ad iherosolimam: et surrexerunt et abierunt in berea viginti milia viro[rum] et duo milia equitum. Et iudas posuerat castra in laisa. Et tria milia viri electi cum eo. Et viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt et timuerunt valde: et multi subtraxerunt se de castris: et non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit iudas quod defluxit exercitus suus et bellum purgebat eum: et contractus est corde quia non habebat temp[us] congregandi eos: et dissolutus est. Et dixit hijs qui residui erant. Surgamus et eamus ad aduersarios nostros: si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes. Non poterimus: sed liberemus animas nostras modo et reuertamur ad fratres nostros: et tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem paucissimi sumus. Et ait iudas. Absit ista rem facere ut fugiamus ab eis. Etsi appropiauit temp[us] nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros: et non inferam[us] crimen glorie nostre. et nouit exercitus de castris: et steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes: et fundibularij et sagitarij preibant exercitum: et primi certaminis omnes potentes. Bachibes autem erat in dextro cornu: et primauius legio ex duabus partibus: et clamabant tubis. Exclamauerunt autem et hijs qui erant ex parte iude etiam ipsi commota est terra voce exercituum et commissum est prelium a mane usque ad vesp[er]am. Et vidit iudas quod firmior est pars exercitus bachibidis in dextris: et conuenerunt cum ipso omnes constantes corde. et contrita est dextera pars ab eis: et persecutus est eos usque ad montes azoti. Et qui in sinistro cornu erant viderunt quod contritum est dextrum cornu et secuti sunt post iudam et eos qui cum eo erant a tergo. Et inguatum est prelium: et ceciderunt vulnerati multi ex hijs et ex illis. Et iudas cecidit: et ceteri fugerunt. Et

ionathas et simon tulerunt iudam fratrem suum et sepelierunt eum in sepulcro patris suorum in ciuitate modin. Et fleuerunt eum omnis populus israel planctu magno: et lugebant dies multos et dixerunt. Quomodo cecidit potens qui saluum faciebat populum israel: Et cetera verba bellorum iude et virtutum quas fecit et magnitudinis eius non sunt descripta. Multa enim erant valde. Et factum est post obitum iude emerferunt iniqui in omnibus finibus israel: et exorti sunt omnes qui operabatur iniquitatem. In diebus illis facta est fames magna valde: et tribulauit se bachibidis omnis regio eorum cum ipsis. Et elegit bachibes viros impios et constituit eos dominos regionis: et exquirebant et persecrabantur amicos iude: et abducebant eos ad bachibes: et vindicabat in illos et illudebat. Et facta est tribulatio magna in israel: quod quis non fuit ex die qua non est visus propheta in israel. Et congregati sunt omnes amici iude: et dixerunt ionathe. Ex quo frater tuus iudas defunctus est: vir similis ei non est qui exeat contra inimicos. bachidem et eos qui inimici sunt gentis nostre. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro nobis in principem et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit ionathas tempore illo principatum: et surrexit loco iude fratris sui. Et cognouit bachibes: et querebat eum occidere. Et cognouit ionathas et signum frater eius et omnes qui cum eo erant: et fugerunt in desertum thecua: et p[er]seuerunt ad aquas lacus asphar. Et cognouit bachibes: et die sabbatorum venit ipse et omnes exercitus eius trans iordanem. Et ionathas misit fratrem suum ducem populi: et rogauit nabutheos amicos suos ut p[er]mouerent illis apparatus suum: qui erat copiosus. Et exierunt filij iambri ex mababa et abierunt habentes ea. Post hec verba renunciatum est ionathe et simoni fratri eius: quod filij iambri faciunt nuptias magnas et ducunt sponsam ex mababa filiam unius de magnis principibus chanaan cum ambitione magna. Et recortati sunt sanguinis iohannis fratris sui: et ascenderunt et absconderunt se sub tegumento montis. Et eleuauerunt oculos suos et viderunt: et ecce tumultus et apparatus multus. et sp[er]sus processit et amici eius: et fratres eius obuiam illis cum tympanis et musicis et armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidijs et occiderunt eos: et ceciderunt vulnerati multi: et

barraban. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium missus in carcerem. p. Iterum autem pilatus locutus est ad eos: volens dimittere ihesum. At illi succubabant dicentes. Crucifige. crucifige eum. q. Ille autem tercio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum et dimittam. r. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: et inualescebant voces eorum. s. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum. quod propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebat: ipsum vero tradidit voluntati eorum. t. Et cum ducerent eum apprehenderunt simonem quandam cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare pro ihesum. Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum: que plangebant et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas ihesus dixit. Filie hierosolym non lite flere super me: sed super vos ipsas flere. et super filios vestros. Quonia[m] ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles. et veteres qui non genuerunt: et vbera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos: et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciunt in arido quod fiet. v. Ducebantur autem et alij duo nequam cum eo: ut interficerent. x. Et postquam venerunt in locum qui vocatur caluarie. ibi crucifixerunt eum. y. et latrones: unum a dextris et alterum a sinistris. z. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis. Quia nesciunt quid faciunt. a. Diuidentes vero vestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectans. b. et deridebant eum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit: seipsum saluum faciat. si hic est christus dei electus. c. Illudabant autem ei et milites accedentes: et acetum offerentes ei dicentes. Si tu es rex iudeorum saluum te fac. d. Erat autem subscriptum scripta super eum litteris grecis et latinis et hebraicis: hic est rex iudeorum. e. Unus autem de hijs qui petebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es christus: saluum fac te ipsum et nos.

.p. Lu. cccxj. Mf. cccxxvj. Jo. clxxxv. ix  
.q. Lu. cccxij. Jo. clxxxij. et cxc. et clxxxvj.  
.r. Lu. cccxxij. Mf. cccxxvj. Mf. ccv. Jo. cxxxij.  
.s. Lu. cccxxij. Mf. cccxxvj. Mf. ccvj. Jo. cxxvj.  
.t. Lu. cccxv. Mf. cccxxij. Mf. ccix. Jo. cxxvj.  
.v. Lu. cccxv. Mf. cccxxvj. Mf. ccxv. Jo. cxxvj.  
.x. Lu. cccxv. Mf. cccxxij. Mf. ccx. Jo. cxxvj.  
.y. Lu. cccxix. Mf. cccxxvj. Mf. ccxv. Jo. cxxvj.  
.z. Lu. cccxx.  
.a. Lu. cccxxj. Mf. cccxxij. Mf. ccxxij. Jo. ccj. ij  
.b. Lu. cccxxij. Mf. cccxxvj. Mf. ccxxij. ij  
.c. Lu. cccxxij. Mf. cccxxij. Mf. cccxxij. Mf. cccxxij.  
.d. Lu. cccxxij. Mf. cccxxvj. Mf. ccxxij. Jo. cxxij.  
.e. Lu. cccxxv. Mf. cccxxix. Mf. ccxxij. Jo. cxxij.

.a. Lu. cccxv. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Jo. lxxix.  
.b. Lu. cccxv. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Mf. cccxx.  
.c. Lu. cccxix. Mf. cccxx. Mf. cccxx.  
.d. Lu. cccxj.  
.e. Lu. cccxj. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Jo. clxxxvj.  
.f. Lu. cccxj. Jo. clxxxvj. et cxc. et clxxxij.  
.g. Lu. cccxj.  
.h. Lu. cccxj.  
.i. Lu. cccv. Mf. cccxv. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Jo. clxxxvj. et cxc.  
.k. Lu. cccxj.  
.l. Lu. cccxj. Jo. clxxxvj. et cxc.  
.m. Lu. ccc. v. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Mf. cccxx.  
.n. Lu. cccx. Mf. cccxx. Mf. cccxx.  
.o. Lu. cccx. Mf. cccxx. Mf. cccxx. Jo. cccxxij.

r  
 .a. Lu. cccxxvj  
 ij  
 .b. Lu. cccxxvij  
 Mf. cccxl. Mf. cccxx.  
 ij  
 c. Lu. cccxxviii  
 Mf. cccxliij. Mf. cccxxiiij.  
 i  
 .d. Lu. cccxxix  
 Mf. cccxliij. Mf. cccxxiiij.  
 Jo. cciiij.  
 ij  
 .e. Lu. cccxxx.  
 Mf. cccxlvj. Mf. cccxxv.  
 r  
 .f. Lu. cccxxxi.  
 i  
 .g. Lu. cccxxxij  
 Mf. cccxlvij. Mf. cccxxviij.  
 Jo. ccviij.  
 i  
 h. Lu. cccxxxiiij  
 Mf. cccxlix. Mf. cccxxviiij.  
 Jo. ccviiij.  
 r  
 .i. Lu. cccxxxiiij.  
 viij  
 k. Lu. cccxxxv  
 Mf. cccxx.  
 i  
 Lu. cccxxxviij.  
 Mf. ccclij. Mf. cccxxxij. Jo. ccxj  
 ij  
 .l. Lu. cccxxxviiij.  
 ij. Mf. cccliiij. Mf. cccxxxij.

.a. Respondēs aut alter increpabat eū dicens. Neq; tu times deū. qui in eadem damnatōe es. Et nos quidem iuste: nā digna factis recipim'. Dic vero nihil mali gessit. Et dicebat ab ihm. Dñe: memēto mei cū veneris ī regnū tuū. Et dixit illi ihesus. Amē dico tibi: hodie mecū eris ī paradiso. b. Erat aut fere hora sexta: et tenebre facte sūt in uniuersam terrā usq; in horam nonam. Et obscuratus est sol. c. et velum templi scissum ē mediū. d. et clamans voce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas commēdo spiritū meū. Et hec dicēs expirauit. e. Videns aut centurio quod factū fuerat: glorificauit deus dicens. Vere hic homo iustus erat. f. Et omnis turba eorū q; sit' aderāt ad spectaculū istud. et videbāt q; fiebant: percucientes pectora sua reuertebātur. Stabant aut omnes notī ei' alōge: et mulieres q; secute eū erant a galilea hec videntes. g. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio. vir bon' et iustus: hic nō p'senserat consilio et actibus eorū. ab aramathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipse regnum dei. Dic accessit ad pilatum et percipit corpus ihesu. h. et depositus inuoluit sūdōne: et posuit eū in monumento exciso: in quo nondū quisq; positus fuerat. i. Et dies erat parasceues: et sabbatū illucescebat. Subsecute aut mulieres que cum eo venerāt de galilea viderūt monumentū: et quē admodum positum erat corpus ei'. k. et reuertentes parauerunt aromata et ungenta: et sabbato quidem siluerūt secundū mandatum.

Capitulum. .XXIII.

**Q**uia aut sabbati valde diluculo venerunt ab monumento portantes que parauerant aromata: et inuenerunt lapidē reuolutū a monumento et ingressē nō inuenerunt corpus domini ihesu. Et factum ē duz mēte consternate essēt de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. l. Cuz timerēt aut et declinarent vultum in terras: dixerunt ad illas. Quid queritis uiuentē cū mortuis? Nō ē hic: sed sur-

rexit. Recordamini qualiter locutus est vobis. cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominū peccatorū: et crucifigi. et tertia die resurgere. m. Et recordate sūt verborū ei': et r'gresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis undecim: et ceteris omnibus. n. Erat aut maria magdalene. et iohāna. et maria iacobi. et ceterē q; cū eis erāt: que dicebant ad apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut de l'iramentū ōba ista: et nō crediderūt illis. Petrus aut surgēs cucurrit ad monumentū: et pcūbēs vidit lintheamina sola posita: et abiit secū mirās qd factū fuerat. o. Et ecce duo ex illis ibāt ipa die in castellū qd erat in spacio stabiorū sexaginta ab hierlm nomine emaus: et ipi loq'bant abinuicē de hīs omib; q; acciderāt. Et factū ē dū fabularent' et secū quererēt: et ipse ihesus appropinquās ibat cuz illis. Oculi aut illoz tenebant'. ne euz agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hī sermones quos cōfertis abinuicē ambulātes: et estis tristes? Et respondēs vn' cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus pegrinus es ī hierlm et nō p'gnouisti q; facta sūt ī illa hīs diebus? Quib; ille dixit. Que? Et dixerēt. De ihu nazareno q; fuit vir p'pheta: potēs in ope et sermone. corā deo et omni poplo. Et quō eū tradiderunt sūmi sacerdotes et pncipes nrī ī dāpnatōnē mortis: et crucifixerūt eū. Nos aut sperabam': qz ipse esset redēptur' isrl'. Et nūc sup hec omnia tertia dies ē hodie: q; hec facta sunt. Sed et mulieres qdam ex nrīs terruerunt nos. q; ante lucē fuerunt ad monumentū: et non inuento corpore eius. venerunt dicētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse: qui dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex nrīs ad monumentū: et ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt: ipm vero nō inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendū ī omnibus q; locuti sūt p'phe. Nōne hec oportuit pati crīstū: et ita intrare ī gl'iam suā? Et incipiēs a moysē et omnibus p'phetis īterp'tabat' illis ī omnibus scripturis

ij  
 .m. Lu. cccxxxv  
 viij.  
 Mf. cccliiij.  
 Mf. cccxxxiiij.  
 r  
 .n. Lu. cccxxxv  
 ix.  
 viij  
 .o. Lu. cccxxxv  
 Mf. cccxxxiiij.

**Plogus**

que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse se finxit locutus ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quoniam aduospascit: et inclinata est iam dies. Et inuenit eum illis. Et factum est dum recuberet eum eis accepit panem: et benedixit ac fregit: et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et agnuerunt eum: et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. dum loquerer in uia: et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem: et inuenerunt congregatos undecim. et eos qui cum illis erant dicentes quod surrexit dominus uere: et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia: et quod agnouerunt eum in fractione panis. a. Dum autem hec loqueretur: stetit ihesus in medio eorum et dixit eis. Pax uobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati uero et perterriti. existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda uestra? Quis uidet manus meas et pedes: quia ego ipse sum. Palpate et uide: quia spiritus carnis et ossa non habet. sicut me uidetis hinc. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. b. Adhuc autem illis non creditibus et mirantibus pro gaudio. dixit. Habetis hic aliquid quod manducetis? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fenum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquas dedit eis. c. Et dixit ad eos. Hec sunt uerba que locutus sum ad uos eum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est implere omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et in psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum. ut intelligerent scripturas: et dixit eis. Quomodo sic scriptum est. et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die: et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus a hierosolima. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in uos: uos autem sedete in ciuitate. quoad usque iduamini uenture ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniam: et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illi recessit ab eis: et fiebatur in celum. Et ipsi adorantes egressi sunt

in hierusalem cum gaudio magno: et erant spiritus in templo laudantes et benedicentes deum amen. **Explicit euangelium secundum lucam.**  
**Incipit plogus in euangelium secundum iohannem.**

**I**te est iohannes euangelista unus ex discipulis domini: qui uirgo a deo electus est: quem dominus in nuptiis uolentem nubere uocauit deus. Cui uirginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio: quod et pre ceteris dilectus a deo dicitur: et huic matrem suam de de cruce commendauit dominus. ut uirginem uirgo seruaret. Denique manifestas in euangelio quod erat ipse in corruptibilis uerbi opus inchoans. solum uerbum carne factum esse. nec lumina a tenebris comprehensum fuisse testatur: primum signum ponens quod in nuptiis fecit dominus ostendens quod ipse erat: ut legitibus demonstraret quod ubi dominus inuitatus sit deficere nuptiarum uinum debet: et ueteribus immutatis. noua omnia que a christo instituuntur appareant. Hoc autem euangelium scripsit in asia. posteaque in pathmos insula apocalypsim scripserat: ut cui in principio canonis in corruptibile principium pronotatur in genesi: ei etiam in corruptibilis finis per uirginem in apocalypsi redderet dicente christo ego sum alpha et omega. Et hic est iohannes: qui sciens superuenisse diem recessus sui. conuocatis discipulis suis in epheso. per multa signorum experimenta promens christum descendens in defossam sepulture sue locum facta oratione. positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen post omnia euangelium scripsit: et hoc uirgini debebatur. Quorum tamen uel scriptorum temporis dispositio. uel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur: ut sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: et deo magisterij doctrina seruetur.

**Finis plogus Incipit euangelium secundum iohannem.**

ix  
a. Lu. cccxlj.  
Jo. cccxij. 7. cc  
xvj.

ix  
b. Lu. cccxlj.  
Jo. cccxj.

x  
c. Lu. cccxlj

iii  
Jo. i. Me. j. Lu  
xiiij.

iii  
.a. Jo. ij. Me. vij  
Lu. vi.

iii  
.b. Jo. iij. Me. j  
Lu. xiiij.

r  
.c. Jo. iij

iii  
.d. Jo. v. Me. j  
Lu. xiiij.

i  
e. Jo. vi. Me. xi  
Me. iij. Lu. x:

r  
.f. Jo. vij.

iii  
.g. Jo. viij.  
Me. cxij. Lu.  
cxix.

r  
.h. Jo. ix.

i  
.i. Jo. x. Me.  
viiij. Me. ij. Lu.  
vii. r  
.k. Jo. xi.

**I**n principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non apprehenderunt. **F**uit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Sic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. **E**rat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognovit. **I**n propria venit et sui eum non receperunt. Quoties autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: hijs qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. **E**t verbum caro factum est: et habitavit in nobis. **E**t vidimus gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a patre: plenum gratia et veritatis. **I**ohannes testimonium perhibet de ipso. et clamat dicens: Sic erat quem dixi: qui post me venturus est. ante me factus est: quia prior me erat. **E**t de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam per gratiam: quia lex per moysen data est: gratia et veritas per ipsum christum facta est. **D**eum nemo vidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarravit. **E**t hoc est testimonium iohannis: quando miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et levitas ad eum ut interrogarent eum. Tu quis es? **E**t confessus est: et non negavit. **E**t confessus est: quia non sum ego christus. **E**t interrogaverunt eum. Quid ergo? **H**elias es tu? **E**t dixit. Non sum. **P**ropheta es tu? **E**t respondit. Non. **D**ixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus hijs qui miserunt nos? **Q**uid dicis de te ipso? **A**it. **I**. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini: sicut dixit ysaias propheta. **K**. **E**t qui misi fuerant erant ex phariseis. **E**t interrogaverunt eum: et dixerunt ei.

Quid ergo baptizas si tu non es christus: neque helias neque propheta? **I**. **R**espondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. **I**psa est qui pro me venturus est qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrigiam calciamenti. **H**ec in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans. **A**ltera die vidit iohannes ihesum venientem ad se: et ait. **E**cce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. **N**. **D**ixit ergo de quo dixi. **P**ost me venit vir qui ante me factus est quia prior me erat: et ego nesciebam eum. **S**ed ut manifestetur in israhel: propterea veni ego in aqua baptizans. **O**. **E**t testimonium perhibuit iohannes dicens. **Q**uia vidi spiritum descendente quasi columbam de celo: et mansit super eum. **E**t ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. **S**uper quem videris spiritum descendente. et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. **E**t ego vidi et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. **P**. **A**ltera die iterum stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. **E**t respiciens ihesum ambulante dixit. **E**cce agnus dei. **E**t audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt ihesum. **C**onversus autem ihesus. et videns eos sequentes se: dicit eis. **Q**uid queritis? **Q**ui dixerunt ei. **R**abbi (quod dicitur interpretatum magister) ubi habitas? **D**icit eis. **V**enite et videte. **E**nerunt et viderunt ubi maneret: et apud eum manserunt die illo. **H**ora autem erat quasi tertia. **E**rat autem andreas frater simonis petri. unum ex duobus qui audierat a iohanne: et secuti fuerant eum. **Q**. **I**nvenit hic primum fratrem suum simonem: et dicit ei. **I**nvenimus messiam: quod est interpretatum christus. **E**t adduxit eum ad ihm. **I**ntuitus autem eum ihesus dixit. **T**u es simon filius iohanna: tu vocaberis cephias: quod interpretatur petrus. **R**. **I**n crastinum autem voluit exire in galileam et invenit philippum. **E**t dicit ei ihesus. **S**equere me. **E**rat autem philippus a bethsaida civitate andree et petri. **I**nvenit philippus nathanahel: et di-

i  
.l. Jo. xij. Me.  
xi. Me. iij. Lu.  
x.

r  
.m. Jo. xiiij.

i  
.n. Jo. xvij.  
Me. xi. Me. iij  
Lu. x.

i  
.o. Jo. xv. Me.  
xiiij. Me. v. Lu.  
xiiij.

r  
.p. Jo. xvij

i  
.q. Jo. xvij. Me.  
clxvi. Me. lxxx  
ij. Lu. xciiij.

r  
.r. Jo. xviiij.

cit ei. Quē scripsit moyses in lege et  
 pphete: inuenimus ihm filiu3 ioseph  
 a nazareth. Et dixit ei nathanael.  
 A nazareth potest aliquid boni esse.  
 Dicit ei philippus. Veni et vide. Eli-  
 dit ihesus nathanael venenitē ad se:  
 et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in  
 q̄ dolus non est. Dicit ei nathanael  
 Unde me nosti: Respondit ei ihesus  
 et dixit ei. Priusq̄ te philippus voca-  
 ret cum esses sub ficu vidi te. Respō-  
 dit ei nathanael et ait. Rabbi: tu es  
 filius dei: tu es rex israhel. Respon-  
 dit ihesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vi-  
 di te sub ficu credis: mai' hīs vide-  
 bis. Et dicit ei. Amen amen dico vo-  
 bis: videbitis celū aptum: et anglos  
 dei ascendētes et descendētes sup̄ fi-  
 lium hominis. **Ca. II.**

**E**t die tertia nuptie facte s̄t  
 in chana galilee: et erat ma-  
 ter ihu ibi. Vocatus ē aut̄ et  
 ihesus et discipuli eius ad nuptias.  
 Et deficiente vino: dicit mater ihesu  
 ad eū. Vinum nō habent. Et dicit ei  
 ihesus. Quid mihi et tibi est mulier:  
 nōduz venit hora mea. Dicit mater  
 eius ministris. Qd̄cūq̄ dixerit vobis  
 facite. erant aut̄ ibi lapidee ydrie sex  
 posite secundū purificatōnē iudeorū:  
 capientes singule metretas binas ul-  
 ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydri-  
 as aqua. Et impleuerūt eas vsq̄ ad  
 sūmū. Et dicit eis ihs. Haurite nūc:  
 et ferte architriclino. Et tulerūt. Et  
 autem gustauit architriclinus aquā  
 vinū factā et non sciebat vnde esset:  
 mīstri aut̄ sciebant q̄ hauserāt aquā:  
 vocat sponsū architriclinus et dicit  
 ei. Omnis homo primū bonū vinum  
 ponit: et cū inebriati fuerint tūc id  
 qd̄ deterius ē: tu aut̄ seruasti bonuz  
 vinū vsq̄ adhuc. Hoc fecit iniciū si-  
 gnorū ihesus in chana galilee: et ma-  
 nifestauit gl̄iam suā: et crederūt ī  
 eū discipuli eius. a. Post hoc descen-  
 dit capharnaum ip̄e et mater eius. et  
 fratres ei'. et discipuli eius: et ibi mā-  
 serūt n̄ multis diebus. b. Et ip̄e erat  
 pascha iudeorū: et ascendit ihs hiezo-  
 solimā. c. et inuenit in templo vendē-  
 tes boues et oues et colūbas. et num-  
 mularios sedētes. Et cū fecisset quasi  
 flagelluz de funiculis om̄es eiecit de

tēplo: oues q̄ et boues. et nūmulario-  
 rū effudit es: et mensas subuertit. Et  
 hīs qui colūbas vēdebant dixit. Au-  
 ferte ista hinc: et nolite facere tomū  
 p̄ris mei tomū negociatōis. d. Recor-  
 dati sunt vero discipuli ei'. qz scriptū  
 ē: zel' tom' tue p̄medit me. e. Respō-  
 derūt ergo iudei et dixerunt ei. Qd̄  
 signū oñdis nob̄ qz hec facis. f. Res-  
 pōdit ihesus: et dixit eis. Soluite tē-  
 plū hoc: et in tribus diebus excitabo  
 illud. Dixerūt ḡ iudei. Quadragita  
 et sex ānis edificatū ē tēplū hoc. et tu  
 in tribus diebus excitabis illud: Ille aut̄  
 dicebat de tēplo corporis sui. Cuz ḡ  
 resurrexisset a mortuis. recordati s̄t  
 discipuli ei' qz hoc dicebat de corpo-  
 re suo et crederūt scripture: et ser-  
 moni quē dixit ihesus. Cuz aut̄ esset  
 hierosolimis in pascha in die festo:  
 mlti crederūt ī nomie ei' vidētes si-  
 gna ei' q̄ faciebat. Ip̄e aut̄ ihs nō cre-  
 debat semetip̄m eis: eo qz ip̄e nosset  
 om̄s: et qz op' ei non erat. vt q̄s testi-  
 moniū phiberet de homine. Ip̄e em̄  
 sciebat qd̄ esset ī hoīe. **Ca. III.**

**E**rat aut̄ hō ex phariseis. ni-  
 cotemus nomine: p̄nceps iu-  
 deorū. Hic venit ad ihesuz no-  
 cte: et dixit ei. Rabbi: scim' qz a deo  
 venisti magister. Nemo potest enim  
 hec signa facē q̄ tu facis: nisi fuerit  
 deus cū eo. Respōdit ihesus: et dixit  
 ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s rena-  
 tus fuerit denuo: non potest videre  
 regnuz dei. Dicit ad eum nicodemus  
 Quō potest hō nasci cū sit senex: Nū-  
 qd̄ potest ī ventrē matris sue itera-  
 to introire et renasci: R̄ndit ihesus.  
 Amen amē dico tibi: nisi q̄s renat'  
 fuerit ex aq̄ et spū s̄cto: nō p̄t intro-  
 ire ī regnū dei. Qd̄ natū ē ex carne  
 caro ē: et qd̄ natū ē ex spū spūs ē. Nō  
 mireris qz dixi tibi: oz vos nasci de-  
 nuo. Spūs vbi vult spirat: et voce3  
 ei' audis: s̄ nescis vnde veniat aut q̄  
 vadat. Sic ē om̄is q̄ natus ē ex spū.  
 R̄ndit nicotē: et dixit ei. Quō p̄nt  
 hec fieri: R̄ndit ihs: et dixit ei. Tu es  
 mgr̄ ī isrl' et hec igras: Amen amē di-  
 co tibi: qz qd̄ scim' loq̄mur. et qd̄ vidi-  
 m' testamur: et testiōiū n̄m n̄ accipi-  
 tis. Si trena dixi vob̄ et n̄ creditis.  
 quō si dixero vob̄ celestia credetis: Et

f  
 .d. Jo. xxij.  
 iij  
 .e. Jo. xxij.  
 Mf. clxj. Mf.  
 lxxvij.  
 f  
 .f. Jo. xxij.

Jo. xij. Mf.  
 Jo. xx. Mf.  
 clxxij. Mf.  
 lxx. Lu. cclx.  
 Jo. xxi. Mf.  
 clxx. Mf. cxxj.  
 Lu. cccxxvij.

nemo ascendit in celum nisi q̄ descen-  
dit de celo: fili⁹ hominis q̄ est i celo. Et  
sicut moyses exaltauit sp̄entē in de-  
feto. ita exaltari oportet filiū homi-  
nis: ut omnis q̄ credit i ip̄o nō pere-  
at: sed habeat vitā eternā. Sic em̄  
deus dilexit mundū: ut filiū suū vni-  
genitū darz: ut omnis q̄ credit in euz  
nō pereat: sed habeat vitā eternā.  
Non em̄ misit de⁹ filium suū in mun-  
dū ut iudicet mundū: sed ut saluetur  
mundus p̄ ip̄m. Qui credit in eū nō  
iudicat. Qui autē nō credit iā iudica-  
tus ē: qz nō credit in nomine vnige-  
niti filij dei. Hoc ē autē iudiciū: quia  
lux venit in mundū: et dilexerūt ho-  
mines magis tenebras q̄ lucē. Erāt  
em̄ eoz mala opa. Omnis em̄ q̄ ma-  
le agit odit lucē: et nō venit ad lucē:  
ut nō arguant opa eius. Qui autē  
facit veritatē venit ad lucē ut mani-  
festent opa eius: qz in deo sūt facta.  
Post hec venit ihesus ad discipulos  
et discipuli ei⁹ in iudeā terram: et illic  
demorabat̄ cuz eis et baptizabat. a.  
Erat autē et iohānes baptizās i enon  
iuxta salim: qz aque ml̄te erāt illic. et  
veniebāt et baptizabāt. b. Nōdū em̄  
missus fuerat iohānes i carcerem. c.  
Facta ē autē q̄stio ex discipulis iohā-  
nis cū iudeis de purificatōe. Et vene-  
rūt ad iohānē: et dixerūt ei. Rabbi: q̄  
erat tecuz trās iordanē. cui tu testi-  
moniū phibuiisti: ecce hic baptizat:  
et omnes veniūt ad eū. Respōdit iohā-  
nes et dixit. Nō potest hō accipere q̄:  
q̄ nisi fuerit ei datū de celo. d. Ipsi  
vos mihi testimoniū phibetis q̄ dix-  
erim. nō sū ego xp̄us: s̄ qz missus suz  
ante illū. e. Qui habet sp̄sā spon-  
sus ē: amic⁹ autē sp̄si q̄ stat et audit  
eū. gaudio gaudet p̄ vocē sp̄si. In  
hoc ḡ gaudiuz meū impletuz ē. Illum  
oportet crescere: me autē minui. Qui  
desursū venit sup omnes est. Qui ē de  
terra de trā ē et de trā loq̄t: q̄ de celo  
venit sup om̄s ē. Et quod vidit et au-  
diuit hoc testat: et testimoniū ei⁹ ne-  
mo accipit. Qui autē accepit ei⁹ testi-  
moniū signavit: qz de⁹ verax ē. Quez  
em̄ misit de⁹. v̄ba dei loquit. Nō em̄  
ab mēsurā dat de⁹ sp̄ritū. f. Pat̄ dili-  
gēt filiū: et om̄ia dedit i manu ei⁹. g.

ij  
.a. Jo. xxv.  
Mt. vij. Lu. vij

ij  
.b. Jo. xxvj.  
Mt. xxvij. Mt.  
vii.

r  
.c. Jo. xxvij.

i  
.d. Jo. xxvij.  
Mt. xj. Mt. iij  
Lu. x.

r  
.e. Jo. xxix.

ij  
.f. Jo. xxx. Mt  
cxj. Lu. cxix.

r  
.g. Jo. xxxi.

Qui credit i filiū habz vitāz etnā: q̄  
at incredul⁹ ē filio. n̄ videbit vitā et̄  
nā: s̄ ira dei manz sup eū. Ca. .III.

**E**t ḡ p̄guit ihesus qz audierūt  
pharisei qz ihs plēs discipu-  
los facit et baptizat q̄ iohā-  
nes: quāq̄ ihesus n̄ baptizaret s̄ disci-  
pli ei⁹. b. r̄liq̄t iudeā et abiit itez i ga-  
lileā. i. Oportebat autē eū t̄nsire p̄ sa-  
mariā. Venit ḡ i ciuitatē samarie q̄  
dicit̄ sychar: iuxta p̄diū qd dedit ia-  
cob ioseph filio suo. Erat autē ibi fōs  
iacob. Ihs autē fatigat⁹ ex itinē. sede-  
bat sic sup fōtē. Hora at̄ erat q̄i sexta  
Elit ml̄ier d̄ samaria haurire aquā  
dicit ei ihesus. Da mihi bibē. Discipuli  
em̄ ei⁹ abierāt i ciuitatē ut cibos eme-  
rent. Dicit ḡ ml̄ier illa samaritana.  
Quō tu iude⁹ cū sis bibē a me possis:  
q̄ sū ml̄ier samaritana? Nō em̄ cou-  
tunf iudei samaritanis. R̄ndit ihesus  
et dixit ei. Si scires donū dei. et q̄s ē  
q̄ dicit tibi da mihi bibere: tu forsitā  
petisses ab eo: et dedissz tibi aquaz vi-  
uā. Dicit ei ml̄ier. Dñe: neqz i q̄ hau-  
rias habes: et pute⁹ alt⁹ ē. Ante ḡ ha-  
bes aquā viuā: Nūqd tu maior es pa-  
tre nr̄o iacob q̄ dedit nob̄ puteuz: et  
ipe ex eo bibit. et filij eius. et pecora  
ei⁹? R̄ndit ihs: et dixit ei. Om̄is q̄ bi-  
bit ex aqua hac siciet itez. Qui at̄ bi-  
berit ex aq̄ quā ego dabo ei. nō siciet  
iefnū: s̄ aq̄ quā ego dabo ei. fiet i eo  
fōs aque salietis i vitā etnā. dicit ad  
eū ml̄ier. Dñe da mihi hāc aquā: ut  
nō sitia neqz veniā huc haurire. Di-  
cit ei ihesus. Glade voca viz tuū: et ve-  
ni huc. R̄ndit ml̄ier et dixit. Nō ha-  
beo viz. Dicit ei ihesus. Bñ dixisti: qz  
nō habeo viz. Quicqz ei viros habu-  
isti: et nūc quē habes n̄ ē tu⁹ vir. Hoc  
vere dixisti. Dicit ei ml̄ier. Dñe: vi-  
deo qz p̄pha es tu. P̄fes nr̄i in mōte  
hoc adorauerūt: et vos dicitis qz hiero-  
solimis ē locus vbi adorare oportet.  
Dicit ei ihesus. Ml̄ier crede mihi: qz  
veniet hora qñ neqz i mōte hoc. neqz  
i hierosolimis adorabitis p̄rem. Elos  
adoratis qd nescitis: nos adoram⁹ qd  
scim⁹: qz sal⁹ ex iudeis est. Sed venit  
hora et nūc ē: qñ veri adoratores ado-  
rabūt p̄rem i spū et veritate. Nā et p̄-  
tles q̄rit: q̄ adorēt eū. Spūs ē deus:

vij  
.b. Jo. xxvij.  
Mt. xix.  
r  
.i. Jo. xxxij.

et eos qui adorant eum in spiritu et veritate orant adorare. Dicit ei mulier. Scio quia melius vultis: quia dicitis christus cum venerit: ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum: quia loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid queris aut quid loquaris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mulier: et abiit in civitatem: et dicit illis hominibus. Venite et videte homines qui dixerunt mihi omnia quae cum feci. Numquid ipse est christus? Exierunt de civitate: et venerunt ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinvidiam. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis ihesus. Meus cibus est. ut faciam voluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis: levate oculos vestros et videte regiones: quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam: ut qui seminat sibi gaudeat et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat: et alius est qui metit. Ego misi vos metere: quod vos non laborastis. Alii laboraverunt: et vos in labores eorum introistis. Ex civitate autem illa multi crederent in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium prohibentis: quia dixerunt mihi omnia quae cum feci. Cum venisset ergo ad illam samaritanam: rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multi populi crederent propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus? Ipsi enim audivimus et scimus: quia hic est vere salvator mundi. a. Post duos autem dies exiit inde: et abiit in galileam. b. Ipse enim ihesus testimonium prohibuit: quia propheta in patria sua honorem non habet. c. Cum ergo venisset in galileam acceperunt eum galilei: cum omnia vidisset quae fecerat hierosolymis in die festo. Et ipsi ei venerunt ad diem festum. Venit ergo iterum in chana galilee: ubi fecit aquam vinum. d. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Dicit cum audisset quia ihesus adveniret a iudea in galileam abiit ad eum: et rogabat eum. ut descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo ihesus ad eum.

Nisi signa et prodigia videritis non crederitis. Dicit ad eum regulus. Domine: descende postquam moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Vade: filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei ihesus: et ibat. Iam autem eo descenderet sui occurrerunt ei: et nuntiiaverunt dicentes: quia filius eius viveret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cogit ergo pater quia illa hora erat in qua dixerat ei ihesus filius tuus vivit: et credidit ipse: et domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit ihesus: cum venisset a iudea in galileam. Ca. V.

**P**ost haec erat dies festus iudeorum: et ascendit ihesus hierosolymam. Est autem hierosolymis publicana piscina quae dicitur bethsaida: quaeque porticum habens. In his iacebat multitudo magis languentium caecorum et claudorum expectantium aquam motum. Angli autem domini descenderat secundum tempus in piscinam: et movebatur aqua. Et qui prius descenderat in piscinam pro motu aquae sanus fiebat a quocumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Tunc cum vidisset ihesus iacentem: et cognovisset quia iam multum tempus haberet dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine: hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui sanus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. e. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. Interrogaverunt ergo eum. Quis est ille homo: qui dicit tibi tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quos esset. Ihs enim declinavit a fons constituta in loco. Postea invenit eum ihesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo: et nuntiavit iudeis quia ihesus esset: qui fecit eum sanum. Propterea persequuntur iudei ihm: quia haec faciebat in sabbato. Ihs autem respondit eis. Propter me usque modo operatur.

Jo. xxxviii.  
Mt. lxx. Mt. x.  
L. xxxvii.

e. Jo. xxxix.

Jo. xxxviii.  
Mt. lxx.  
L. xxxvii.  
Jo. xxxix.  
L. xxxviii.

et ego operor. Propterea ergo magis  
 q̄rebāt eū iudei interficere: quia nō  
 soluz soluebat sabbatū: sed et patres  
 suum dicebat deū eōlez se faciēs deo.  
 Respondit itaq; ihesus: et dixit eis.  
 Amen amē dico vobis: n̄ potest fili⁹  
 a se facere quicq̄: nisi qđ viderit p̄ez  
 facientē. Quēcūq; em̄ fecerit ille: hec  
 et filius similiter facit. Pater em̄ di-  
 ligit filium. ⁊ om̄ia demonstret ei. q̄  
 ip̄e facit: ⁊ maiora hīs d̄mōstrabit  
 ei opera ut vos miremi. Sicut ei pa-  
 ter suscitāt mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊  
 filius quos vult viuificat. Neq; enīz  
 pater iudicat quēq;: sed omne iudici-  
 um dedit filio: ut om̄es honorificent  
 filiuz sicut honorificāt patrē. a. Qui  
 non honorificat filium: nō honorifi-  
 cat patrem qui misit illum. b. Amen  
 amen dico vob: quia q̄ ōbum meum  
 audit ⁊ credit ei qui misit me: habet  
 vitam eternam. Et in iudiciū nō ve-  
 nit: sed trāsiet a morte in vitā. Amē  
 amen dico vobis: quia venit hora et  
 nunc ē quādo mortui audient voces  
 filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Sicut  
 em̄ pater habet vitam in semetip̄o:  
 sic dedit et filio vitā habere in semet-  
 ip̄o. Et potestātē dedit ei et iudiciuz  
 facere: qz filius hom̄is est. Nolite mi-  
 rari hoc: quia venit hora in q̄ omnes  
 q̄ in monumētis sūt audient vocem  
 filij dei: et p̄cedent qui bona fecerūt  
 in resurrectōz vitē: q̄ vero mala ege-  
 rūt in resurrectōnez iudicij. Nō pos-  
 sū ego a meip̄o facere quicq̄. Sicut  
 audio iudico: et iudiciū meum iustū  
 est. c. quia nō quero voluntatē meā.  
 sed voluntatē eius qui misit me pa-  
 tris. d. Si ego testimoniū perhibeo  
 d̄ me testimoniū meū nō est verū.  
 Alius est q̄ testimoniuz perhibet de  
 me: et scio quia verum est testimoni-  
 um eius qđ perhibet de me. Eos mi-  
 sistis ad iohannem: et testimoniū p̄-  
 hibuit veritati. Ego aut̄ nō ab homi-  
 ne testimoniuz accipio: sed hec dico:  
 ut vos salui sitis. Ille erat lucerna az-  
 dens et lucēs. Eos aut̄ voluistis ad-  
 horam exultare in luce eius. Ego at̄  
 habeo testimoniū maius iohāne.  
 Opa em̄ q̄ dedit mihi pater: ut pficiā

i  
 .a. Jo. xl. Mē.  
 xcviij. Mar. xc  
 vj. Lu. cxvj.

r  
 .b. Jo. xli.

i  
 .c. Jo. xliij. Mē.  
 ccxcv. Mē. clx  
 xvj. Lu. cclxxx  
 ij.

r  
 .d. Jo. xliij.

ea: ipsa opera que ego facio testimo-  
 nium perhibēt de me: quia pater mi-  
 sit me. Et qui misit me pater ip̄e te-  
 stimonium perhibuit de me. e. Neq;  
 vocem eius vnq̄ audistis: neq; speciē  
 eius vidistis. f. Et verbum eius non  
 habetis in vobis manēs: quia quem  
 misit ille huic vos nō creditis. Scruta-  
 mini scripturas: quia vos putatis  
 in ipsis habere vitam eternam. Et il-  
 le sūt que testimoniū perhibēt d̄ me:  
 et nō vultis venire ad me ut vitā ha-  
 beat. Claritatē ab hominibus non  
 accipio: sed p̄gnoui vos: qz dilectōnē  
 dei nō habetis in vobis. Ego veni in  
 nomine patris mei: et nō accepistis  
 me. Si alius venerit in nomine suo.  
 illuz accipietis. Quomodo vos pote-  
 stis credere q̄ gloriā abinuicem ac-  
 cipitis: et gloriāz q̄ a solo deo est nō  
 queritis? Nolite putare quia ego ac-  
 cusaturus sim vos apud patres. Est  
 q̄ vos accusat: moyses i quo vos spe-  
 ratis. Si ei crederetis moysi: crede-  
 retis forsitan et mihi. De me em̄ ille  
 scripsit. Si aut̄ illius litteris nō cre-  
 ditis: quō meis verbis creditis.

ij  
 .e. Jo. xliij.  
 Mē. cxij.  
 Lu. cxix.  
 r  
 .f. Jo. xlv.

Capitulum. .VI.

**D**ost hec abiit ihesus trās ma-  
 re galilee: quod ē tyberiadis  
 Et sequebatur eum multitu-  
 do magna: quia videbant signa que  
 faciebat sup hīs qui infirmabā. g.  
 Subijt ergo in montez ihesus: et ibi  
 sedebat cū discipulis suis. h. Erat au-  
 tē proximum pascha: dies festus iu-  
 deorum. i. Cum subleuasset oculos  
 ihesus. et vidisset qz multitudo mari-  
 ma venit ad eum: dicit ad philippuz.  
 Ante ememus panes ut manducent  
 hī? Hoc aut̄ dicebat temptans eum.  
 Ipse enīz sciebat quid esset factur⁹.  
 Respondit ei philippus. Ducentoruz  
 denariorum panes n̄ sufficiunt eis:  
 ut vnusquisq; modicum quid accipi-  
 at. dicit ei vnus ex discipulis ei⁹ an-  
 dreas frater simonis petri. Est puer  
 vnus hic: qui habet quinq; panes oz  
 teaceos et duos pisces. Sed hec qđ  
 sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus

i  
 Jo. xlvj. Mē. x  
 cxij. Mē. cxvij.  
 Lu. xlv. et cxvij  
 et. xxxvij.

ij  
 .g. Jo. xlvij.  
 Mē. cxlvj.  
 Lu. xcij.

i  
 .h. Jo. xlvij.  
 Mē. cclxxij  
 Mē. clvj. Lu.  
 cclx.

i  
 .i. Jo. xlix. Mē  
 cxlvij. Mē. lx  
 iij. Lu. xcij.

Facite hoies discubere. Erat at fenū multū ī loco. Discubuerūt g̃ viri. numero q̃si q̃nq; milia. Accepit g̃ ihus panes: 7 cū gracias egisset distribuit discubentib; . Similiter 7 ex piscibus quātū volebāt. Et aut̃ impleti sūt: dicit discipulis suis. Colligite q̃ supauerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt g̃ 7 impleuerūt duodecī cophinos fragmentor; ex q̃nq; panib; orbeaceis et duob; piscib;: que supauerūt hijs qui māducauerāt. a. Illi g̃ hoies cum vidisset qd̃ fecerat signū dicebāt. Quia h̃ est vere p̃pheta: qui venturus est in mundū. Ihus g̃ cū cognouisset qz venturi essent ut raperent eū et facerent eum regem: fugit itē in montē ipse solus. b. Et autē sero factū est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent nauim: venerunt trans mare in capharnaū. Et tenebre iam facte erant: 7 non venerat ad eos ih̃s. Mare autē vēto magno flante exurgebat. Cum remigassent g̃ quasi stabia viginti q̃nq; aut triginta: vidēt ih̃m ambulante supra mare. 7 primū nauim fieri: 7 timuerūt. Ille autē dicit eis Ego sum: nolite timere. Voluerūt g̃ accipere eum in nauim: 7 statim nauis fuit ad terrā quā ibant. c. Altera die turba que stabat trans mare. vidit quia nauicula alia n̄ erat ibi nisi vna: 7 qz non introisset cū discipulis suis ih̃s in nauim: sed soli discipuli eius abissent. Alie vero supuenerunt naues a tyberiate iuxta locū ubi māducauerāt panē: gracias agētes deo. Cū g̃ vidisset turba quia ih̃s nō esset ibi neq; discipuli eius ascenderunt in nauiculas: 7 venerūt capharnaū querentes ih̃m. Et cū inuenissent eū trans mare: dixerūt ei. Rabbi. quando huc venisti? R̃ndit eis ih̃s: 7 dixit. Amen amen dico vobis: q̃ritis me non quia vidistis signa. s; quia māducastis ex panib;: et saturati estis. Operamī nō cibū qui perit: s; q̃ p̃manet ī vitā et̃nā: quē filius hominis dabit vob;. Hūc em̃ pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus: ut operemur opa dei? Respondit ih̃s: 7 dixit eis. Hoc est opus dei: ut credatis in eum quē misit ille. d. Dixerūt g̃ ei. Qd̃ er-

go tu facis signū: ut videam; 7 credamus tibi? Quid operaris. e. Patres n̄ri māducauerūt māna in deserto: sic scriptū est: Panē de celo dedit eis māducare. Dixit ergo eis ih̃s. Amen amen dico vobis: non moyses dedit vob; panē de celo: sed pater meus dedit vobis panē de celo verum. Panis ei verus est qui de celo descendit: et dedit vitam mundo. Dixerunt ergo ad eū Domine semper da nobis panē hūc. f. Dixit autē eis ih̃s. Ego sū panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: et qui credit in me nō siciet unq;. Sed dixi vobis: qz 7 vidistis me: 7 nō credidistis. g. Om̃e qd̃ dat mihi pater ad me veniet: 7 eū q̃ venit ad me n̄ eiciā foras. h. qz descendi de celo nō ut facia volūtate meā s; volūtate eius qui misit me. i. Nec est em̃ voluntas ei; q̃ misit me p̃ris: ut om̃e qd̃ dedit mihi nō p̃dā ex eo: sed resuscitē illud ī nouissimo die. Nec est em̃ voluntas p̃ris mei q̃ misit me: ut om̃is q̃ videt filiū 7 credit ī eū habeat vitā eternā: 7 ego resuscitabo eū ī nouissimo die. k. Murmurabāt g̃ iudei de illo. quia dixisset ego sū panis viuus: q̃ de celo descēdi. Et dicebāt. Nōne h̃ ē fili; ioseph cui; nos nouimus patrē et matrē? Quomodo ergo dicit h̃. qz de celo descendit. l. Respondit ergo ih̃s: 7 dixit eis. Nolite murmurare inuicem. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̃ misit me traxerit eū: 7 ego resuscitabo eum ī nouissimo die. Est scriptum ī p̃phetis. Erunt omnes docibiles dei. Om̃is q̃ audiuit a patre 7 didicit venit ad me. m. Non qz patrē vidit q̃s quā: nisi is q̃ ē a deo: h̃ vidit patrē. n. Amen amen dico vobis: q̃ credit in me habet vitā eternā. o. Ego sum panis vite. p. Patres vestri māducauerūt māna ī deserto: 7 mortui sūt. Hic est panis de celo descendēs: ut si quis ex ip̃o manducauerit nō moriā. q. Ego sum panis viuus: qui de celo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea est: p̃ mundi vita. r. Litigabant ergo iudei adinuicem dicētes. Quomodo potest h̃ nob; carnem suam dare ad manducandū?

a. Jo. i.

b. Jo. i. Mē. cl. Mē. lxxij.

c. Jo. iij.

d. Jo. iij. Mē. lxxij.

e. Jo. iij.

f. Jo. iij. Mē. cclxxiiij. Mē. clxv. Lu. cclxvi. g. Jo. iij. h. Jo. iij. Mē. cccxv. Mē. clxvii. Lu. cclxxvii. i. Jo. iij.

k. Jo. iij. Mē. cclij. Mē. l. Lu. xix.

l. Jo. iij.

m. Jo. iij. Mē. cxij. Lu. cxix.

n. Jo. iij.

o. Jo. iij. Mē. cclxxiiij. Mē. clxv. Lu. cclxvi.

p. Jo. iij.

q. Jo. iij. Mē. cclxxiiij. Mē. clxv. Lu. cclxvi.

r. Jo. iij.

i  
 .a. Joh. lxxij.  
 Mf. cclxxxij.  
 Mf. clxx. Lu.  
 cclxxij. r  
 .b. Joh. lxxij.

i  
 c. Jo. lxxij. Mf.  
 cccx. Maf. c.  
 xxi. Lu. cccxxij  
 iij  
 .d. Jo. lxx. Mf.  
 cccxxij. Mf. cl.  
 xxvij. r  
 .e. Jo. lxxij.  
 iij  
 .f. Jo. lxxij. Mf.  
 cclxxx. Maf.  
 clxj. r  
 .g. Jo. lxxij.  
 i  
 .h. Jo. lxxij. Mf.  
 Mf. clxxij. Mf.  
 lxxij. Lu. xc.  
 iij. r  
 .i. Jo. lxxv.

Dixit g̃ eis ihs. Amen amē dico vo-  
 bis: nisi māducaueritis carnem filij  
 hoīs ⁊ biberitis ei⁹ sanguinē: nō ha-  
 bebitis vitam in vob. Qui māducat  
 meā carnē ⁊ bibit meū sāguinē. habz  
 vitā eternā ⁊ ego resuscitabo eū in  
 nouissimo die. a. Caro ei⁹ mea vere ē  
 cibo: ⁊ sāguis meus vere ē potus. b.  
 Qui māducat meā carnē ⁊ bibit me-  
 um sāguinē: in me manet. ⁊ ego in il-  
 lo Sicut misit me viuēs pater ⁊ ego  
 viuo ppter patrē: ⁊ qui māducat me  
 et ipse viuet ppter me. Dic est panis  
 qui de celo descendit. Nō sicut mādu-  
 cauerūt patres vestri māna: ⁊ mor-  
 tui sūt. Qui manducat hūc panem:  
 viuet in eternū. Dec dixit in synago-  
 ga docēs. in capharnaū. Multi g̃ au-  
 dientes ex discipulis ei⁹. Dixerūt du-  
 rus est h̃ sermo. Et quis potest eū au-  
 dire: Sciens autē ihs apud semetipm  
 qz murmurarēt de hoc discipuli eius.  
 dixit eis. Hoc vos scandalizat. c. Si  
 g̃ videritis filiū hoīs ascēdentem ubi  
 erat prius. d. Spiritus ē q̃ viuificat  
 caro nō p̃test q̃c̃q̃. e. Verba que ego  
 locutus sum vob: spūs ⁊ vita sūt. Sz  
 sūt q̃dā ex vob q̃ nō credūt. f. Scie-  
 bat enim ab inicio ihs qui essent cre-  
 dentes: ⁊ quis traditur⁹ esset eū. g. Et  
 dicebat. Propterea dixi vob: qz ne-  
 mo potest venire ad me: nisi fuerit ei  
 batū a patre meo. Ex hoc multi disci-  
 puloz ei⁹ abierūt retro: ⁊ iam nō cū  
 illo ambulabāt. Dixit g̃ ihs ad duo-  
 decim. Nunq̃d ⁊ vos vultis abire. h.  
 R̃ndit g̃ ei s̃ymō petrus. Dñe: ad quē  
 ibimus: Verba vite eterne habes. Et  
 nos credimus ⁊ cognouim⁹: qz tu es  
 xp̃c fili⁹ dei. i. Respondit ei ihs. Non-  
 ne ego vos duodecim elegi: et ex vob  
 vnus dyabol⁹ est: Dicebat autē de iu-  
 da s̃ymonis Scariothis. Dic ei⁹ erat  
 traditur⁹ eū cū esset vn⁹ ex duodeci.

**Capitulū. VII.**

**D**ost hec autē ambulabat ihs  
 in galileam. Non enim vole-  
 bat in iudeā ambulare: qz q̃  
 rebāt eū iudei interficere. Erat autē  
 in proximo dies festus iudeoz sceno-  
 phagia. Dixerunt autem ad eū fr̃es  
 eius. Transi hinc in iudeam: vt et di-  
 scipuli tui videāt opera tua q̃ facis.

Nemo quippe i occulto q̃d facit: ⁊ que-  
 rit ip̃e in palā esse. Si hec facis ma-  
 nifesta teipm mūdo. Neq; em̃ fratres  
 eius credebāt i eum. Dicit g̃ eis ihs.  
 Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus atē  
 ṽm semp ē paratū. Nō potest mūd⁹  
 obisse vos. Me autē odit: qz ego testi-  
 moniū phibeo de illo: qz opa ei⁹ ma-  
 la sūt. Vos ascēditē ad diē festū hūc.  
 Ego nō ascēdā ad diē festū istū: qz  
 meū tēpus nōdū impletū est. Dec cuz  
 dixisset: ip̃e mansit in galilea. Et autē  
 ascenderūt fr̃es ei⁹. tūc et ip̃e ascēdit  
 ad diē festū non manifeste: sed q̃si in  
 occulto. Iudei g̃ querebāt eum i die  
 festo: ⁊ dicebant. Ubi est ille: Et mur-  
 mur multus de eo erat i turba. Qui-  
 dam ei⁹ dicebāt qz bon⁹ ē: alij dicebāt  
 nō: sz seducit turbas. Nemo tñ palaz  
 loq̃bat̃ d̃ illo: ppter metū iudeoz. Jā  
 autē die festo mediāte: ascēdit ihs  
 in templū ⁊ docebat. Et mirabantur  
 iudei dicentes. Quō h̃ l̃ras scit cū nō  
 didicerit: R̃ndit eis ihs: ⁊ dixit. Mea  
 doctrina nō est mea: sed eius qui mi-  
 sit me. Si quis voluerit voluntatem  
 eius facere: cognoscat de doctrina.  
 vtrum ex deo sit: an ego a meip̃o lo-  
 quar. Qui a semetip̃o loquit̃ gloriāz  
 ppriā querit. Qui autē querit gloriāz  
 eius qui misit eū. h̃ verax est: ⁊ iniu-  
 sticia in illo non est. Nonne moỹses  
 dedit vobis legem: Et nemo ex vobis  
 facit legem. Quid me queritis inter-  
 ficere: R̃ndit turba et dixit. Demo-  
 niū habes. Quis te querit interficē:  
 R̃ndit ihs: ⁊ dixit eis. Vnū op⁹ feci:  
 ⁊ omnes miramini. Propterea moỹ-  
 ses dedit vob circūcisionē: non qz ex  
 moỹse ē: sz ex p̃ribz. Et in sabbato cir-  
 cūciditis hominē. Si circūcisionem  
 accipit hō in sabbato vt nō soluatur  
 lex moỹsi: mibi indignamī qz totum  
 hoīez sanū feci in sabbato. Nolite iu-  
 dicare sc̃dm faciē: sz iustū iudiciū iu-  
 dicare. Dicebant g̃ q̃dā ex hierosoli-  
 mis. Nōne h̃ ē quē q̃rūt inficē: Ecce  
 palā loquit̃: ⁊ nihil ei⁹ dicūt. Nūq̃d ve-  
 re cognouerūt p̃ncipes qz h̃ est xp̃c:  
 Sed hunc scimus vnde sit. xp̃c autēz  
 cū venerit: nemo scit vnde sit. k. Ela-  
 mabat g̃ ihs in templo docens et di-  
 cens. Et me scitis. ⁊ vnde sim scitis: ⁊

iij  
 .k. Joh. lxxvj.  
 Mf. cxij. Luce  
 cxix.

a me ipso non veni: sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum: et si dixerit quod nescio eum: ero similis vobis mendax. Et ego scio eum: quia ab ipso sum et ipse me misit. a. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia non dum venerat hora eius. b. De turba autem multi crediderunt in eum. Et dicebant. Christus cum venerit: nunquid plura signa faciet quam que hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hec. c. et miserunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent ipsum. d. Dixit ergo eis Iesus. Abhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui me misit. e. Queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersione gentium iturus est. et docturus gentes? Quis est hic homo quem dixit. queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus: et clamabat dicens. Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu: quem accipienturi erant credentes in eum. Non dum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. f. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant. Hic est vere propheta. Alij dicebant. Hic est Christus. g. Quidam autem dicebant. Nunquid a galilea venit Christus. Nonne scriptura dicit: quia ex semine david. et de bethleem castello ubi erat david venit Christus. h. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. i. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. k. Eleverunt ergo ministri ab pontificibus et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo: sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? Nunquid ex principibus alijs credit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que non novit legem: maledicti sunt. Dixit nycodemus ad eos (ille qui venit ad eum nocte: qui unus erat ex

ipsis) Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi prius audierit ab ipso et cognoverit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare scripturas et vide: quia a galilea propheta non surgit. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

Capitulum. VIII.

Iesus autem preiit in montem oliueti: et diluculo iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum: et sedens docebat eos. Adducunt ergo scribe et pharisei mulierem deprehensam in adulterio et statuerunt eam in medio: et dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant temptantes eum: ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogantes: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hec unus post unum eribant incipientes a senioribus: et remansit solus Iesus: et mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei. Mulier: ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te condemnabo. Vade: et iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de templo testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus: et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de me ipso. verum est testimonium meum: quia scio unde venio et quod vado. Vos autem nescitis unde venio aut quo vado. Vos autem secundum carnes iudicatis: ego non iudico quemquam. Et si iudico ego. iudicium meum verum est: quia solus non sum. sed et ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego

a. Jo. lxxv. ij  
 Me. cccx. Mf.  
 cccix. Lu. ccl.  
 r. c. cclij. r  
 b. Jo. lxxv. ij.  
 c. Jo. lxxix.  
 Me. ccc. Mf. c  
 lxxix. Lu. cclx  
 r. c.  
 d. Jo. lxxx.  
 e. Jo. lxxxj.  
 vj  
 f. Jo. lxxxij.  
 Me. ccc.  
 vj  
 g. Jo. lxxxij.  
 Math. v.  
 r  
 h. Jo. lxxxij.  
 i. Jo. lxxxv.  
 Me. cccx. Mf.  
 cccix. Lu. cclx  
 r. c.  
 k. Jo. lxxxvj.

iiij  
 .a. Jo. lxxxviiij  
estis in peccatis vris. Ergo et qui dormierunt in christo perierunt. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem christus resurrexit a mortuis primicie dormientium: quoniam quidem per homines mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine: primicie christus. Deinde hi qui sunt christi: qui in aduentu eius crediderunt. Deinde finis cum ediderit regnum deo et patri: cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et virtutem. Oportet autem illum regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio propter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc et ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia: ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur per mortuis: Si omnino mortui non resurgunt: ut quid et baptizantur per illis: Et quid et nos periclitamur omni hora: Quotidie morior propter vestram gloriam fratres: quam habeo in christo ihesu domino nostro. Si secundum homines ad bestias pugnaui ephesi: quid mihi prodest si mortui non resurgunt: Māducemus et bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrupti mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti: et nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicit aliquis. Quomodo resurgunt mortui aut quali corpore venient: Insuper tu quod seminas non viuificat: nisi prius moriatur. Et quod seminas: Non corpus quod futurum est seminas: sed nudum granum: ut puta tritici. aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum alia pecorum alia caro aut volucrum: alia aut piscium. Et corpora celestia: et corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum. Seminat in corruptione: surget in incorruptione. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminat corpus animale: surget corpus spiritale. Si est corpus animale et spiritale: sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animam

viuentem: nouissimus adam in spiritu viuificantem. Sed non prius quod spiritale est: sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Quia terrestres tales et terreni: et quales celestis: tales et celestes. Igitur sicut portauimus ymaginem terreni: portemus et ymaginem celestis. Hoc autem dico fratres: quia caro et sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio incorrupte la possidebit. Ecce misterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba: et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptum: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua: Ubi est mors stimulus tuus: Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias: qui debet nobis victoriam per dominum nostrum ihesum christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles: abundantes in omni tempore domini semper: scientes quod labor vester non est inanis in domino. **Ca. XVI.**

**D**e collectis autem qui sunt in sacros: sicut ordinavi ecclesijs galatie. ita et vos facite per unam sabbati. Unusquisque vestrum apud se reponat recordans quod ei bene placuerit: ut non cum venero tunc collecte fiat. Cum autem presens fuero: quos probaueritis per epistolas hos mittam perferre gratias vestras in hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam: mecum ibit. Veniam autem ad vos: cum macedoniam pertransiero. Nam macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos motos in transitu videre. Spero enim me aliquantulum tempore manere apud vos: si dominus permiserit. Permanebo autem ephesi usque ad perthecesten. Ostium enim mihi apertum est magnum et euidenter: et aduersarij multi. Si autem venerit thimotheus: et videte ut sine timore sit apud vos. Oportet enim domini operari sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace: ut veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De apollo autem fratre nostro vobis notum factum est. quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: et utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret. Veniet autem: cum ei vacuum fuerit. Vigilate state in fide: viriliter agite et

fortamini: oia v̄a in caritate fiant. Obsecro aut̄ vos fr̄es. nostis domū stephane et fortunati quoniam sunt p̄micie achaie. et in ministeriū sanctorum ordinauerūt seip̄os ut et vos subbiti sitis eiusmodi. et omni copanti et laboranti. Gaudeo aut̄ in p̄sencia stephane et fortunati et achayci: quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerūt. Re fecerunt em̄ et meuz spiritū et vestrū. Cogscite ergo qui eiusmodi sūt. Salutant vos omnes ecclesie asie. Salutant vos ī domo multū aquila et prisca cū domestica sua ecclesia: apud quos et hospitor. Salutant vos om̄es fratres. Salutate inuicē: ī osculo sancto. Salutatio mea: manu pauli. Si quis nō amat dominū nostrū ihesū cristuz sit anathema maranatha. Gracia domini nostri ihesu cristi vobiscum. Caritas mea cū omnibus vobis in cristo ihesu amen.

**E**xPLICIT epistola prima ad corinthios.

**I**ncipit prologus in secundam eplaz ad corinthios.

**P**ost actam a corinthijs penitentiam consolatoriam scribit eis epistolam apostolus a troate p̄thitum. et collaudans eos hortatur ad meliora: contristatos quidez eos sed emendatos ostendens.

**E**xPLICIT prologus. **I**ncipit epistola secunda ad corinthios.

**P**aulus apostolus cristi ihesu per voluntatez dei et thimotheus frater. ecclesie dei que ē corinthi cum omnibus sanctis qui sūt ī vniuersa achaia. Gracia vob̄ et pax a deo patre nostro et domino ihesu cristo. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu cristi pater misericordiarū et deus totius consolationis. q̄ consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationez qua exhortamur et ipsi a deo: quoniam sicut habundant passionez cristi in nobis ita et per cristum habundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur: pro vestra exhortatione et salute. siue consolamur: pro vestra consolatio-

ne. siue exhortamur pro vestra exhortatione et salute. que operatur tolleranciam earundem passionum quas et nos patimur. ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionū estis. sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres d̄ tribulatione nostra que facta est in asia: quoniam supra modum grauati sumus supra virtutez. ita ut tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismetip̄is responsum mortis habuimus. ut non simus fidentes in nobis sed ī deo q̄ suscitatur mortuos: q̄ de tantis periculis nos eripuit et eruit: in quem speramus quoniam et adhuc eripiet adiuuantibus et vobis in oratione pro nobis: ut ex multarum personarum facierum eius que in nobis est donationis per multos gracie agatur pro nobis. Nam gloria nostra hec ē testimonium conscientie nostre: q̄ in simplicitate et sinceritate dei et non in sapientia carnali sed in gracia dei conuersati sumus in hoc mundo. habundantius autem ad vos. Non em̄ alia scribimus vobis q̄ que legistis et cognouistis. Spero autem q̄ usq̄ ī finē cogscetis. sicut et cognouistis nos ex parte: qz gloria vestra sumus sicut et vos nostra in die domini nostri ihesu cristi. Et hac confidentia volui p̄us venire ad vos ut secundam graciā haberetis: et per vos transirem in macedoniam et iteruz a macedonia venirem ad vos et a vobis deduci in iudeam. Cum ergo voluissem hoc: nunquid leuitate usus sum. Aut que cogito secunduz carnem cogito ut sit apud me ē et non: Si fidelis autem deus quia p̄mo noster qui fuit apud vos. non est ī illo est et non: sed est ī illo est. Dei enim filius ihesus cristus q̄ in vobis per nos predicatus est: per me et siluanum et thimotheū non fuit in illo est et nō: s̄ in illo fuit. Quotq̄ enim promissiones dei sunt in illo est. Ideo et per ipsū amen dico ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscuz in cristo: et q̄ vixit nos deus: et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco ī animaz meā q̄ parcens vobis non veni ultra corinthum. nō quia dominamur fidei v̄re: s̄ adiutores sumus gaudij v̄ri: nam fide statis. **Ca. II**

ad

**S**tatu autem hoc in lapidibus me: ne iterum in tristitia venire ad vos. Si enim ego tristitiam vobis, et quod est quod me letificet nisi quod tristat ex me: Et hoc in scriptis vobis ut non cum venero tristitiam super tristitiam habeam. Sed quibus oportuerat me gaudere et fides in omnibus vobis quia meum gaudium omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrimas non ut tristitemini: sed ut sciatis quam caritatem habeam abundanter in vobis. Si quis autem contristavit me, non me contristavit. Sed ex parte: ut non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hec quae fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis et solemini: ne forte habundantiori tristitia absorbeat quod eiusmodi est. propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illam caritatem. Deo enim et scripsi vobis ut agnoscam experimentum vestrum: an in omnibus obediētes sitis. Cui autem aliquid donastis: et ego. Nam et ego quod donavi, si quid donavi propter vos, in persona christi, ut non circumveniamur a sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum venissem autem troatem propter euangelium christi, et ostium mihi aptum esset in domino: non habui requiem spiritui meo, eo quod non inveniatis thibitum fratrem meum: sed valefaciens eis profectus sum in macedoniam. Deo autem gratias quae semper triumphat nos in christo ihesu, et odor et noticie sue manifestat per nos in omni loco: quia christi bonus odor sumus deo in hijs quae salvi fiunt, et in hijs quae pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitae in vitam. Et ad hec quod tam ydoneus: Non enim sumus sicut plimi adulterantes verbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquamur.

**Capitulum. III.**

**I**ncipimus iterum nosmetipsos commendare: aut nunquam egemus sicut quidam commendationibus epistolis ad vos aut ex vobis: Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quae scitur et legitur ab omnibus hominibus manifestati: quoniam epistola estis christi ministrata a nobis et scripta non atramento, sed spiritu dei vivi: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordibus carnalibus. Fiduciam autem talem habemus pro christo ad deum: non quod sufficere simus cogitare aliquid a nobis quod ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo est: qui et ydoneos nos fecit ministros novi testamenti non littera sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus

autem vivificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possit intendere filij israel in facie moysi, propter gloriam vultus eius quae euacuat: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria. Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis habundat ministerium iusticie in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte: propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuat per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem multa fiducia utimur. Et non sicut moyses ponebat velamen super faciem suam: ut non intederent filij israel in faciem eius quod euacuat sed obtusi sunt sensus eorum: usque in hodiernum eius diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum, quoniam in christo euacuat: sed usque in hodiernum dies cum legitur moyses velamen positum est super cor eorum. Cum autem pueri fuerint ad deum aufferet velamen. Dominus autem spiritus est. Ubi autem spiritus domini ibi libertas. Nos vero omnes revelata facie gloriam domini specularis in eandem ymaginem transformamur a claritate in claritate: tanquam a domini spiritu.

**Capitulum. III.**

**I**deo habentes hanc ministratio in christo quod misericordiam persecuti sumus non deficimus sed abdicamus occulta decoris, non ambulantes in astucia neque adulterantes verbum dei: sed in manifestacione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum in hijs quae pereunt est opertum: in quibus de huius seculi excecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij glorie christi: quae est ymago dei. Non enim nosmetipsos predicamus sed ipsum christum dominum nostrum. Nos autem suos vestros pro ipso: quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendere, illuxit in cordibus nostris ad illuminacionem sciencie claritatis in facie christi ihesu. Dabimus autem thesaurum istum in vas fictilibus: ut sublimitas sit virtutis dei: et non ex nobis. In omnibus tribulationibus patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Humiliamur: sed non confundimur. Persecutionibus patimur: sed non derelinquimur. Deiciamur: sed non pulsumus. Semper mortificationibus ihesu in corpore nostro circumferentes: ut et vita ihesu manifestet in corporibus nostris. Semper enim nos qui vivimus in morte confundimur propter ipsum: ut et vita ihesu manifestet in carne nostra mortali. Ergo

mors in nobis opatur: vita autē in vob. Idē bētes autē eūdem spiritū fidei sicut scriptū est credidi ppter qđ locutus sū: et nos credim? ppter qđ et loqmur: scientes qm̄ qui suscitauit ihm̄ et nos cum ihesu suscitabit. et cōstituet nos vobiscuz. Omnia em̄ ppter vos: ut gracia abūdās p̄ mltos in grāu accione abundet in glām dei. Propter qđ nō d̄ficim?: s̄ licet is q̄ foris ē n̄ homo corrumpt: tñ is q̄ int? ē renouat̄ de die in diē. Idē em̄ qđ in p̄senti ē momentaneū et leue tribulatōis nr̄e: sup̄ modū in sublimitate eternū glē pondus opat̄ in nobis: nō p̄tēplanti bus nob̄ que videntur. s̄ q̄ nō vidētur. Que em̄ vidēt̄ temporalia sunt: que autē nō vidēt̄ eterna sūt. **Capitu. .V.**

**S**im? em̄: qm̄ si terrestris dom? nostra hui? habitationis dissoluatur q̄ edificatōz ex deo habem? domuz nō manufactā eternā in celis. Nā et in hoc in gemiscim? habitatōz nostrā q̄ de celo est superidui cupiētes: si tñ vestiti et nō nudi inueniamur. Nam et q̄ sum? in hoc tabnacto in gemiscim? q̄uati: eo q̄ nolum? expoliari: s̄ supuestiri: ut absorbeat qđ mortale est a vita. Qui autē efficit nos in hoc ipm̄ de?: qui dedit nob̄ pign? spūs. Audētes igit̄ semp et sciētes: qm̄ dū sum? in hoc corpe peregrinamur a domino. Per fidez em̄ ambulamus et nō p̄ speciē. Audem? autē et bonā voluntatē habem? magis pegrinari a corpore et presētes esse ad dominū: et ideo p̄tēdim? siue absētes siue p̄sētes placere illi. Omnes em̄ nos manifestari oportet an̄ tribunal xp̄i: ut referat vnusq̄sq̄ ppria corpis put gessit: siue bonū siue malū. Sciētes q̄ timorē dñi homib̄ suatem?: deo autē manifesti sum?. Spero autē et in p̄sciētijs vestris nos manifestos esse. Nō itēz p̄mendam? nos vob: s̄ occasionē dam? vob̄ gloriandi p̄ nobis: ut habeatis ad eos q̄ in facie glorian̄ et nō in corde. Siue em̄ mēte excedim? deo. siue sobrii sum? vob. Caritas em̄ xp̄i vrget nos: estimantes hoc: quoniam si vnus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sūt. Et pro omnibus mortuus est cristus: ut et qui viuūt iam nō sibi viuant: sed ei qui p̄ ipsis mortuus est et resurrexit. Itaq̄ nos ex hoc neminem nouim? secundū carnē. Et si p̄nouimus secundum carnē cristuz: sed nūc iam non nouimus. Si qua ergo in xp̄o

noua creatura ē: vetera trāsierūt: et ecce facta sūt omnia noua. Omnia autē ex deo qui nos reconciliauit sibi p̄ cristū: et dedit nob̄ ministeriū recōciliatōis. Quoniā qđ de? erat in cristo mundum recōciliās sibi: nō reputās illis delicta iporum: et posuit in nobis verbū reconciliationis. Pro cristo ergo legacione fungimur tanq̄ deo exhortāte per nos: obsecram? p̄ cristo. recōciliamini deo. Sum qui nō nouerat peccatū pro nob̄ peccatū fecit de? pater: ut nos efficeremur iusticia dei in ip̄o. **Capitulū. .VI.**

**A**diuantes autē: exhortamur ne in vacuū grāciam dei recipiatis. Ait em̄. Tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. Ecce nūc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dantes vllā offensionē: ut nō vitupef̄ ministeriū nostrū. Sed in omnib̄ exhibeamus nosmetip̄os sicut dei ministros in multa paciēcia: in tribulatōib̄. in necessitatib̄. in angustijs. in plagis. in carcerib̄. in seditōib̄. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in sciēcia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gloriā et ignobilitatē: p̄ infamiā et bonā famam. Et seductores et veraces: sicut qui ignoti et p̄gniti. Quasi moriētes et ecce viuimus: ut castigati et non mortificati. Quasi tristes semp autē gaudentes: sicut egentēs multos autē locupletātes tanq̄ nihil habētes et omnia possidētes. Os nr̄m patet ad vos o corinthū: cor nr̄m dilatatus ē. Nō angustiamini in nob̄. Angustiamini autē in viscerib̄ v̄ris. Eandē autē habētes remuneratōz: tanq̄ filijs dico: dilatamini et vos. Nolite iugum ducere cū infidelib̄. Que em̄ participatō iusticie cū iniquitate: aut q̄ societas luci ad tenebras: Que autē p̄uentio cristi ad belial? Aut que pars fideli cū infideli: Qui autē cōsensus templo dei cū ydolis: Eos em̄ estis templū dei viui sicut dicit de?: quoniā inhabitabo in illis et inambulabo: et ero illoz de? et ipsi erūt mihi plus. Propter qđ exite de medio eorū et separamini dicit dominus: et immundū ne tetigeritis: et ego recipiam vos. et ero vobis in patrē: et vos eritis mihi in filios et filias dicit dominus omnipotens. **Capitulum .VII.**

**H**As ergo habentes promissiones carissimi mundem? nos ab omni inquinamento carnis et spiritus: perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem lesimus: neminem corrupimus: neminem circumuenim?. Non ad condemnationem vestram dico. Predixi enim quod in cordibus nostris estis ad promoriendum et ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione: superhabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam et cum venissemus in macedoniam. nullam requiem habuit caro nostra: sed omnes tribulationem passi sumus. Foris pugne: intus timores. Sed qui consolatur humiles: consolatus est nos deus in aduentum titi. Nolumus autem in aduentu eius: sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis. referens nobis vestrum desiderium vestrum fletum vestram emulationem pro me: ita ut magis gauderet. Quoniam etsi contristavi vos in epistola: non me penitet. Etsi peniteret videns quod epistola illa etsi ad horam vos contristauit: nunc gaudeo. non quia contristati estis: sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundum deum: ut in nullo detrimentum paciamini ex nobis. Que enim secundum deum tristitia est penitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos quam in vobis operatur sollicitudinem: sed defensionem: sed indignationem: sed timorem. sed desiderium: sed emulationem: sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis non propter eum qui fecit iniuriam. nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis coram deo. Ideo consolatus sum. In consolatione autem nostra habundanti? magis gauisi sumus super gaudio titi: quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum. non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita gloriatio nostra que fuit ad titum veritas facta est. Et viscera eius habundanti? in vobis sunt: reminiscetis omnium vestrum obedientiam quomodo cum timore et tremore accepistis illum. Gaudeo: quia in omnibus confido in vobis.

**Capitulum.**

**Octauum.**

**N**otam autem facimus vobis fratres gratias dei que data est in ecclesijs macedonie: et quia in multo experimento tribulationis habundantia gaudij ipsorum fuit et altissima paupertas eorum habundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem testimonij illis reddo: et super virtutem voluntarij fuerunt cum multa exhortatione obsecrantes nos gratias et communicatoz ministerij quod sit in factos. Et non sicut sperauimus: sed semetipsos deterruerunt. primum domino. deinde nobis per voluntatem dei: ita ut rogarem? titum ut quemadmodum cepit ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus habundatis fide et firmo et scientia et in omni sollicitudine insuper et caritate vestra in nos: ut et in hac gratia habundetis. Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem etiam vestre caritatis ingenium bonum probans. Scitis enim gratiam domini nostri ihesu christi: quam propter vos egenus factus est cum esset diues: ut illius inopia vos diuites essetis. Et similium in hoc do. Idcirco enim vobis utile est: quod non solum facere. sed et velle cepistis ab anno priore. Nunc vero et facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet accepta est: non secundum id quod non habet. Non enim ut alijs sit remissio. vobis autem tribulatio. sed ex equalitate in presenti tempore vestra habundantia illorum inopia suppleat. ut et illorum habundantia vestre inopie sit supplementum: ut fiat equalitas sicut scriptum est. Qui multum habuit non habundauit: et qui modicum. non minorauit. Graciam autem ago deo que dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde titi: quam exhortatoz quem suscepit: sed cum sollicitior esset sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum: cuius laus est in euangelio pro omnis ecclesie. Non solum autem: sed et ordinarus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre in hanc gratiam que ministrata a nobis ad domini gloriam et destinataz voluntate nostraz deuitates hoc: ne quis nos vituperet in hac plenitudine que ministrata a nobis in domini gloriaz. Prouidemus enim bona: non solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis et fratrem nostrum quem probauimus in multis sepe sollicitum esse: ne autem multo sollicitior: confidetur multa in vobis siue pro titi qui est socius meus et in vobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum glorie christi. Questionem ergo que est

caritatis v're et n're gl'e p vob: i illos ostē-  
ditē i facie ecclesiaz.

**Capitulum IX.**

**N**am de ministerio qd fit in factis:  
ex habundati est mihi scribere vob.  
Scio ei p'mptum animu v'm p q  
de vob gl'ior apud macedones: qm' 7 ach  
aia parata ē ab ano p'terito: et v'ra emula-  
tio puocavit plurimos. Misimus at' fr'es:  
ut ne quod gl'iamur de vobis euacuetur  
i hac p'te: ut quēadmodū dixi parati sitis:  
ne cū venerit macedones mecū. 7 iuenerit  
vos iparatos erubescam' nos: ut nō dicam'  
vos in hac p'te substantia. **Necessariū ergo**  
existimaui rogare fratres ut pueniant ad  
vos: 7 pparent repromissā benedictōz hāc  
paratam esse: sic q'si benedictionē: nō quasi  
auariciā. **Hoc at' dico.** Qui parce seminat  
parce et metet: et qui seminat i benedictō-  
nibz. de benedictōibus et metet. **Unusq'sqz**  
prout destinavit in corde suo: nō ex tristitia  
aut ex necessitate. **Dilarez em' datorem di-**  
ligit deus. **Potens est aut' deus omnē gra-**  
ciaz habundare facere in vobis: ut in om-  
nibus semper omnem sufficienciā habētes  
habundetis i omne opus bonū: sicut scri-  
ptū est. **Dispsit dedit paup'ibz: iusticia eius**  
manet in seculū seculi. **Qui aut' aministrat**  
semen semināti: et panem ab manducābū  
p'stabit. **Et multiplicabit semen vestruz et**  
augebit incrementa frugum iusticie v're:  
ut in omnibz locupletati habūdetis i om-  
nem simplicitatē: que opat' p nos grārū:  
actionē deo. **Quoniam ministeriuz huius**  
officij nō solū suplet ea q' desunt factis: sed  
etiam abundat p multas grārū actōnes  
in dño p p'batōnē ministerij hui': gl'ificā-  
tes deū in obediēcia cōfessionis v're i euan-  
gelio cristi 7 simplicitate p'municatōis v're  
in illos et in omnes: et in ipsoz obsecratōe  
p vobis: desideratiū vos ppter eminentem  
grām dei in vobis. **Gracias ago deo sup i-**  
enarrabili dono eius.

**Capitulum X.**

**X.**

**I**nse autē ego paulus obsecro vos  
per mansuetudinem et modestiam  
cristi: qui in facie quidem humilis  
sum inter vos: absens autem confido i vo-  
bis. rogo autem vos ne presens audeam p  
eam confidentiam qua existimor audere i  
quosdam: qui arbitrantur nos tanq' secū-  
dū carnē abulem'. **In carne ei abulātes.**

nō secundū carnē militam'. **Nā arma mi-**  
licie n're nō carnalia: sed potencia deo ad  
destructōz munitōnū. cōsilia destruētes. et  
omnem altitudinez extollētes se aduersus  
sciēciā dei: et i captiuitatē redigētes omēm  
intelectū i obsequz cristi: 7 i p'mptu habē-  
tes vl'isci omnē iobediēciam: cū impleta  
fuerit v'ra obediēcia. **Que secundum faciem**  
sūt videte. **Si q's p'fidit sibi cristi se esse:** hoc  
cogitet iterum apud se: qz sicut ipse cristi ē  
ita et nos. **Namet si ampli' aliqd gl'at' fu-**  
ero de potestate n'ra quā dedit nob' dōm'n'  
i edificatōnē et nō i destructōz v'ram: non  
erubescam. **Et aut' nō existimer tanq' terre**  
vos p epistolas: q'niā quidem epistole inqz  
unt g'ues sūt et fortes: p'ntia aut' corporis  
infirma 7 fmo p'temptibilis: hoc cogitet q'  
eiusmodi ē: qz q'les sum' verbo p epistolas  
absentes: tales et p'sētes i facto. **Nō em' au-**  
demus i'serē aut pparare nos q'busdā q' se  
ipos p'mēbant: s' ipi in nobis nosmetipos  
metiētes: et pparātes nosmetipos nobis.  
**Nos aut' nō i immensū gliabimur: s' secun-**  
dū mēsurā regule q' mēl' ē nob' de' mēsurā  
p'tingēdi vsqz ad vos. **Nō em' q'si nō p'tingē-**  
tes ad vos super tēdentes nos. **Usqz ad vos**  
em' puenim' in euangelio cristi: nō in im-  
mensū gl'iatēs i alienis laboribz. **Spem**  
aut' habētes crescētis fidei v're. i vobis ma-  
gnificari secundum regulā n'raz i habundā-  
cia: etiā i illa q' ultra vos s' euāgelizare: nō  
in aliena regula in h'is que pparata sunt  
gl'ari. **Qui aut' gliat' in dño gl'iet'. Nō ei**  
q' seipm' p'mendat ille pbat' ē: sed que deus  
p'mendat.

**Capitulum XI.**

**XI.**

**U**tinā sustineretis modicū qd i'sipi-  
encie mee: s' 7 supportate me. **Emu-**  
lor em' vos dei emulatōe: despondi  
em' vos vni viro vginē castā exhibere cri-  
sto. **Timeo aut' ne sicut serpēs euam sedu-**  
xit astucia sua: ita corrūpanē sensus vestri  
et excidāt a simplicitate q' ē in xp'o. **Nāz si**  
is q' venit aliū xpm' p'dicat que nō p'dicau-  
m': aut aliū spiritū accipitis que nō acce-  
pistis aut aliud euangeliū qd nō recepistis  
rctē pateremī. **Existimo em' nihil me min'**  
fecisse a magnis apl'is. **Namet si ipit' fmo-**  
ne: s' nō sciēcia. **In omnibz at' māifest' sū vob**  
**Aut nunquid peccatum feci meipsum hu-**  
milians: ut vos exaltemini? **Quoniam gra-**  
tis euangeliū dei euāgelizavi vobis: alias

ecclesias expoliaui accipiens stipendia ad ministerium vestrum: et cum essem apud vos et egeret nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerunt a macedonia: et cum omnibus sine onere me vobis seruaui: et fruabor. Est veritas christi in me: quoniam haec gloria non infringetur in me in regionibus achaie. Quare? Quia non diligo vos. Deus scit. Quod autem facio. et faciam: ut adputem occasionem eorum. quam volunt occasionem: ut in quo gloriantur inueniant sicut et nos. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarii subtili: transfigurantes se in apostolos christi. Et non mirum. Ipse enim sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo magnus: si ministri eius transfigurantur velut ministri iusticie: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis me putet insipientem. Alioquin velut insipientem accipite me: ut et ego modicum quod glorier. Quod loquor non loquor secundum deum sed quasi in insipientia: in hac substantia glorie. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: et ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitute redigit: si quis deuorat. si quis accipit. si quis extollit: si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audeat: in insipientia dico: audeo et ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt: et ego. Semen abrahe sunt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. At minimum sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis in carceribus habundanti: in plagis super modum: in mortibus frequenter. A iudeis quinquages quodragenas una minimum accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Nocte et die in profundum maris fui. In itineribus sepe: periculis fluminum. periculis latronum. periculis ex genere. periculis ex gentibus. periculis in ciuitate. periculis in solitudine. periculis in mari: periculis in falsis fratribus. In labore et erumna: in vigiliis multis. In fame et siti in ieiuniis multis. In frigore et nuditate: prope illa que extrinsecus sunt: in stercora mea quotidiana. sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur: et ego non infirmor? Quis scandalizat: et ego non vror? Si gloriari oportet: quam infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri ihesu christi. scit que est benedictio in secula que non metior. Damasci propositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum ut

me reprehenderet: et per fenestram in sporta dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius.

Capitulum. XII.

**S**igliari oportet: non expedit quibus. Gloriam autem ad visiones et reuelationes domini. Scio homines in christo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus (nescio deus scit) raptum huiusmodi homines siue in corpore siue extra corpus (nescio deus scit) quoniam raptus est in paradysum: et audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nametsi voluero gloriari: non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem: ne quis me existimet super id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane ut me collaphizet. Propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gracia mea. Nam otus in infirmitate proficit. Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me otus christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis: in contumeliis: in necessitatibus: in persecutionibus: in angustiis pro christo. Cum enim infirmior tunc potes sum. Factus sum insipiens: vos me corrigistis. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab hiis que sunt vultus modum apostoli. Tametsi nihil sum: signa tamen apostolat mei facta sunt super vos in omni paciencia. signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minimum habuistis pro ceteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non grauavi vos? Donante mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc patus sum venire ad vos: et non ero gratus vobis. Non enim quero que vestra sunt: sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam et superimpendam ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minimum diligar. Sed esto. Ego vos non grauavi: sed cum essem astutus volo vos cepi. Nunquam pro aliquo eorum quos misi ad vos circumueni vos? Rogauit tibi: et misi cum illo fratrem. Nunquam tibi vos circumuenit? Nonne eorum spiritum ambulauimus? Nonne eiusdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram deo in christo loquimur. Omnia carissimi propter edificationem vestram. Timeo enim ne forte cum ego venero. non quales volo

inueniam vos: et ego inueniar a vobis quales non vultis: ne forte contentiones. emulationes. invidiositates. dissensiones. detractioes. susurratioes. inflationes. seditiones sit inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me deus apud vos. et lugeam multos ex hijs qui ante peccauerunt et non egerunt penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicia quam gesserunt.

**Capitulum XIII.**

**E**cce scio hoc venio ad vos. In ore duum vel trium testium stabit omne verbum. Predixi enim et predicabo ut presens vobis et nunc absens hijs qui ante peccauerunt et ceteris omnibus: si venero iterum non parcam. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus? Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Natus est crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed vivimus cum eo ex virtute dei in nobis. Quosmet ipsos temptate. si estis in fide ipsi vos probate an non agnoscitis vosmet ipsos: quia christus ihesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod agnoscetis: quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum ut nihil mali faciatis. si ut nos probati appareamus sed ut vos quod bonum est faciatis. Nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem: sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis. Hoc et oramus: vestram confirmationem. Ideo hec absens scribo: ut non presens durius agam secundum potestatem quam dominus deus dedit mihi in edificatioem et non in destructionem. Decetero fratres gaudete: perfecti estote: exhortamini. id ipsum sapite. Pacem habete. et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gracia domini nostri ihesu christi. et caritas dei. et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis amen.

**Finitur epistola secunda ad corinthios  
Incipit prologus in epistolam ad galathas**

**G**alathe sunt greci. Hijs verbum veritatis primum ab apostolo accepit sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis: ut in legem et circumcisionem vertentur. Nos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab epheso.

**Explicit prologus. Incipit epistola ad galathas.**

**P**aulus apostolus non ab hominibus neque pro hominibus sed pro ihesu christo et deo patrem qui suscitavit eum a mortuis: et qui mecum sunt omnes fratres: ecclesijs galathie. Gracia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de presenti seculo nequam secundum voluntatem dei et patris nostri: cui est gloria in secula seculorum amen. Miror quod sic tam cito transferemini ab eo qui vos vocavit in gratiam christi in aliud evangelium quod non est aliud: nisi sint aliquid qui vos perturbant: et volunt pervertere evangelium christi. Sed licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis propter quod quod evangelizavimus vobis: anathema sit. Sicut prediximus et nunc iterum dico: si quis vobis evangelizaverit preter id quod accepistis: anathema sit. Modo enim hominibus suadeo. an deo? An quero hominibus placere? Si abhuc hominibus placerem: christi servus non essem. Notum enim vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici: sed per revelationem ihesu christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo. quoniam supra modum persequabar ecclesiam dei. et expugnabam illam: et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existens patrum meorum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris mee et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni et sanguini. Neque veni iherosolimam ad antecessores meos apostolos: sed abijt in arabiam: et iterum reversus sum damascum. Deinde post annos tres veni iherosolimam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Aliis autem apostolorum vidi neminem: nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce coram deo quia non mentior. Deinde veni in partes syrie et cylicie. Erant autem ignotus facie. ecclesijs iudee: qui

erant in xpo. Tantū autē auditū habebāt: qm̄ qui psequēbāt nos aliquādo nūc euāgelizat fidem quā aliquādo expugnabat: et in me clarificabant deum. **Ca. II.**

**D** Eīndē post ānos quatuordecim iterū ascendi hierosolimaz cū barnaba: assumpto et thito. ascendi autē secūdum reuelationē: et contuli cum illis euāgelium quōd p̄dico in gentibus. Deorsum autē hijs quō videbant aliquid esse: ne forte in vacuū curreret aut cucurrisset. Sed neq; thitus quō mecū erat. cū esset gētilis cōpulsus ē circūcīdi: sed p̄pter subintroductos falsos fratres quō subintroierūt explorare libertatem nostram quaz habem⁹ in xpo ihesu: ut nos in seruitutē redigerēt. Quibus neq; ab horam cessimus subiectōi: ut veritas euāgelij p̄maneat apud vos. Ab hijs autē quō videbant esse aliquid: quales aliquādo fuerint nihil mea inest. Deus enim p̄sonā hominis nō accipit. Mibi enim qui videbant esse aliquid nihil ptulerūt. Sed ecōtra cū vidisset quō creditū ē mibi euāgelij p̄putij sicut et petro circūcisionis: quō enim opat⁹ ē petro ī apostolatū circūcisionis. opat⁹ ē et mibi ī gentes: et cū p̄gnouisset graciā quō data est mibi. iacobo et cephas et iohannes quō videbant columne esse dexteras dederūt mibi et barnabe societatis: ut nos ī gētes ipsi autē ī circūcisionē: tātum ut paupum memores essemus. Quod etiā sollicitus fui bocipsuz facere. Cū autē venisset petrus antiochiā in faciē ei restiti: quō rephēnsibilis erat. Pri⁹ enim quō veniret quidā ab iacobo cū gētibz edebat. Cū autē venisset. subtrahēbat et sequegabatur se: timēs eos qui ex circūcisione erāt. Et simulationi ei⁹ cōsenserūt ceteri iudei: ita ut et barnabas duceret ab eis ī illā simulationē. Sed cū vidisset quō nō recte ambularent ad veritatē euāgelij: dixi cephe coraz omnibz. Si tu cū iudeus sis gentiliter vis et nō iudaice: quō gētes cogis iudaizare: Nos natura iudei et nō ex gētibz peccatores: sciētes autē quō nō iustificat homo ex operibz legis. nisi p̄ fidem ihu cristi: et nos ī xpo ihesu credim⁹. Ut iustificemur ex fide cristi et nō ex operibus legis. Propt̄ quōd ex operibz legis nō iustificabit̄ omnis caro. Quō si quērentes iustificari ī cristo inuenti sumus et ipsi peccatores: nunquōd cristus peccati minister est? Absit. Si enim que de

struxi iterū hec reedifico: p̄uaticatores me cōstituo. Ego enim p̄ legem legi mortuus sū ut deo viuam: xpo p̄fixus sum cruci. Cuius autē iam nō ego: uiuit uero in me cristus. Quō autem nūc uiuo ī carne. ī fide uiuo filij dei: qui dilexit me et tradidit semetipsum p̄ me. Nō abicio graciā dei. Si enim p̄ legē iusticia: ḡ gratis xpus mortuus est.

**Capitulum. III.**

**O** Infēlati galathe: quōs vos fascinauit nō obedire ueritati: Ante quō oculos ihu xpus p̄script⁹ ē: et in uob crucifix⁹. Hoc solū a uob uolo discē. Ex opibz legis sp̄m accepistis: an ex auditu fidei? Sic stulti estis: ut cum sp̄u ceperitis: nō carne p̄sumā. Tāta passi estis sine causa: si tamē sine cā. Qui ḡ tribuit uobis spirituz et opatur uirtutes in uob: ex opibz legis. an ex auditu fidei? Sicut scriptū ē: abraham credidit deo et reputatū ē illi ad iusticiam. Cogscite ḡ: quia qui ex fide sūt: hijs sūt filij abrahe. Prouidēs autē scriptura quia ex fide iustificat gētes deus: p̄nūciat uir abrahe quō benedicens ī te omēs gētes. Igit̄ qui ex fide sūt: benedicentur cū fidei abraham. Quicūq; enim ex opibz legis sūt: sub maledicto sūt. Scriptū ē enim. Maledictus om̄s quō nō p̄māserit in omnibz quō scripta sūt in libro legis: ut faciat ea. Quoniā autē ī lege nemo iustificat apud deum. manifestū ē: quō iustus ex fide uiuit. Lex autē non ē ex fide: sed quō fecerit ea uiuet in illis. Cristus nos redemit de maledicto legis factus p̄ uob maledictus: quō scriptū ē maledictus om̄s qui pendet ī ligno: ut in gētibz benedictio abrahe fieret ī xpo ihu. ut pollicitatōz spiritus accipiamus p̄ fidez. Fra tres secūdū hominē dico: tamē hominē cōfirmatū testamentū nemo spernit aut sup̄ordinat. Abrahe dicte sūt p̄missiones: et semini eius. Nō dicit semibz quōsi in mltis sed quōsi ī uno: et semī tuo quō ē xpus. Hoc autē dico testamentū p̄firmatū a deo: quō post quōd bringētos et trigēta ānos facta ē lex: non irritū facit ad euacuādas p̄missionē. Nāsi ex lege hēditas: iā nō ex p̄missionē. Abrahe autē p̄ p̄missionēz donauit de⁹. Quid igit̄ lex: Propter ēnsgressiōez posita est: donec ueniret semen cui p̄miserat: ordinata p̄ angelos ī manu mediatoris. Mediator autē unus nō ē: deus autēz unus est. Lex ergo

aduersus pmissa dei. Absit. Si enim data est lex quae posset uiuificare: uere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide ihesu christi daretur credentibus. Prius autem quam ueniret fides sub lege custodiebamur: conclusi in eam fidem quam reuelanda erat. Itaque lex pedagoga noster fuit in christo: ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides: iam non sumus suae pedagoga. Omnes enim filii dei estis: per fidem quam est in christo ihesu. Quicumque enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neque grecus: non est seruus neque liber: non est masculus neque femina. Omnes enim uos unum estis in christo ihesu. Si autem uos christi: gratia abraha semen estis secundum promissionem heredes.

**Capitulum III.**

**D**ico autem. Quanto tempore heres paruulus est nihil differt a suo. cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad perfectum tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi huius eramus uiuentes. At ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperem. Quoniam autem estis filii dei: misit deus spiritum filii sui in corda uestra clamantem abba pater. Itaque iam non est seruus sed filius. Quod si filius: et heres per deum. Sed tunc quidem ignorantes deum: hiis qui natura non sunt dii seruebatis. Nunc autem cum cognoueritis deum immo cogniti sitis a deo: quod uertimini iterum ad infirma et egena elementa: quibus denuo seruire uultis: dies obseruatis et menses et tempora et annos. Timeo uos: ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut ego: quia et ego sicut uos. Fratres obsecro uos: nihil me lesistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizauimus uobis iam pridem: et temptatores uestram in carne mea non spreuistis neque respuistis: sed sicut angelum dei accepistis me. sicut christum ihesum. Ubi est ergo beatitudo uestra: Testimonium enim prohibeo uobis: quia si fieri posset oculos uestris eruissetis: et dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis: Emulant uos non bene: sed excludere uos uolunt: ut illos emulem. Bonum autem emulamini in bono semper: et notum cum presens sum apud uos. filioli mei quasi iterum perituro: donec forme christus in uobis. Uelle autem esse apud uos modo et mutare uocem meam: quoniam persequor in

uobis. Dicite mihi: quae sub lege uultis esse. Legem non legistis. Scriptum est enim quoniam abraham duos filios habuit: unum de ancilla et unum de libera. Sed is qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per promissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Nec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in fuitate generas: quae est agar. Syna enim mons est in arabia qui iunctus est ei. qui nunc est hierusalem: et fuit cum filiis suis. Illa autem que sursum est hierusalem libera est: quae est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis quae non parit: erumpe et clama quae non parturis: quia multi filii deserte magis. quam eius qui habet uirum. Nos autem fratres secundum ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequabatur eum qui secundum spiritum ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filii ancille: cum filio libere. Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere: quae libertate christus nos liberauit.

**Capitulum V.**

**N**on est: et nolite iterum iugo seruitutis pertinere. Ecce ego paulus dico uobis: quoniam si circumcidamini christus uobis nihil proderit. Testifico autem rursum omni homini circumcidenti se: quoniam debitor est uniuersae legis faciente. Euacuati estis a christo. Qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spes iusticie expectamus. Nam in christo ihesu neque circumcisio aliquid ualet neque preputium: sed fides quae per caritatem operatur. Currebatis bene. Quis uos impediuit ueritati non obedire? Memini presenseritis. Persuasio haec non est ex eo qui uocauit uos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in uobis in domino quod nihil aliud sapietis. Qui autem perturbat uos: portabit iudicium quicumque est ille. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predicor: quod adhuc persecutionem patior: Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscidatur quod uos perturbat. Eos enim in libertatem uocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasione detis carnis: sed per caritatem spiritus seruire iuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis et contumeliam facite: uidebitis ne abinuicem presumamini. Dico autem in christo. Spiritu ambulate: et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus

spiritu: spūs autē aduersus carnē. Dec em̄  
sibinuicem aduersantur: ut non quecunq;  
vultis illa faciatis. Quis spiritu ducemini.  
nō estis sub lege. Manifesta sūt autē opera  
carnis: que sūt fornicatō. immūdicia. impu-  
dicia. luxuria. ydoloz fuitus. veneficia.  
inimicitie. contētes. emulatōnes. ire. rixe.  
dissēsiones. secte. inuidie. homicidia. ebrie-  
tates. comessatōnes. ⁊ hīs similia: que pre-  
dico vobis sicut pdixi: quoniam qui talia  
agūt regnū dei nō psequēnt. Fructus autē  
spiritus est caritas. gaudiū. pax. paciēcia.  
benignitas. bonitas. longanimitas. mans-  
uetudo. fides. modestia. p̄tinēcia. castitas.  
Aduersus huiusmodi nō ē lex. Qui autē sūt  
xp̄i: carnem suā crucifixerūt cum vitijs et  
concupiscentijs.

**Capitulū. VI.**

**S** viuimus spiritu: spū et ambule-  
mus. Nō efficiamur ianis gl̄ie cu-  
pibi: inuicē puocātes: inuicē inui-  
dētes. Fratres: etsi p̄occupat⁹ fuerit bō in  
aliq̄ delicto. vos q̄ spirituales estis huius-  
modi instruite ī spū lenitatis: p̄siderās te-  
ipm̄ ne ⁊ tu tempteris. Alter alteri⁹ onera  
portate: et sic adimplebitis legē xp̄i. Nazsī  
q̄s existimat se aliq̄d esse cū nihil sit: ipse se  
seducit. Opus autē suū p̄bet unusq̄sq;: et sic  
in semetip̄o tantū gl̄iam habebit: et nō in  
altero. Unusq̄sq; em̄ onus suum portabit.  
Cōmunicet autē hīs q̄ cathezizat̄ v̄bo: ei q̄  
se cathezizat in om̄ib; bonis. Nolite erra-  
re. Deus nō irridet. Que em̄ seminauerit  
homo: hec et metet. Quoniā qui seminat ī  
carne sua. de carne et metet corruptōnes:  
qui autē seminat ī spū: de spiritu metet vi-  
tam eternam. Bonū autē faciētes nō defici-  
am⁹: tempe em̄ suo metem⁹ nō deficiētes.  
Ergo dū temp⁹ habemus operemur bonū  
ad omnes: maxime autē ad domesticos fi-  
dei. Videte q̄lib; litteris scripsi vobis mea  
manu. Quicūq; em̄ volūt placere in carne  
hij cogūt vos circūcidi: tātū vt crucis cri-  
sti p̄secutōz n̄ patiant̄. Neq; em̄ q̄ circūci-  
dunt̄ leges custodiūt: sed volūt vos circū-  
cidi vt in carne v̄ra glorian̄. Mibi at̄ ab-  
sit gloriari nisi ī cruce dñi nostri ihu xp̄i:  
p̄ quē mibi mūdus crucifixus ē: et ego mū-  
do. In cristo em̄ ihesu neq; circūcisio aliq̄d  
valet neq; p̄putium: sed noua creatura. Et  
q̄cūq; hanc regulā secuti fuerint: pax sup

ad

illos et misericordia et sup isrl̄ dei. Decete-  
ro nemo mibi molest⁹ sit. Ego em̄ stigma-  
ta domini ihesu ī corpore meo porto. Grā  
dñi nostri ihu cristi cū spū v̄ro fr̄es amē.

Explicit epistola ad galathas. **I**ncipit  
argumentū in epistolā ad ephesios.

**E**phesij sūt asijani. Iij accepto ver-  
bo veritatis p̄stiterāt in fide. Idos  
collaudat apostolus scribēs eis a  
roma de carcere per tichicum dyaconem.

Finitur argumētum. **I**ncipit episto-  
la ad ephesios.

**A**ulus apostol⁹ cristi ihu  
p̄ voluntatē dei omnib; sā-  
ctis qui sūt ephesi: et fide-  
libus in cristo ihesu. Gra-  
cia vobis et pax a deo pa-  
tre nostro: et dño ihu cri-  
sto. Benedictus deus et pater dñi nr̄i ihu  
cristi qui benedixit nos ī omni benedictōe  
spirituali in celestibus in xp̄o: sicut elegit  
nos in ip̄o ante mundi p̄stitutōnem: vt es-  
semus sancti et immaculati in conspectu  
ei⁹ in caritate. Qui p̄destinauit nos in ad-  
optōz filioz p̄ ihesum xp̄m ī ip̄m secundū  
p̄positum voluntatis sue in laudē gl̄ie gra-  
cie sue: in qua gratificat nos ī dilecto filio  
suo: in q̄ habem⁹ redemptōz p̄ sanguinem  
ei⁹ remissionē peccatoz secunduz diuicias  
gracie ei⁹ q̄ sup̄abundauit ī nob̄ in omni  
sapiēcia et prudēcia: vt notuz faceret nob̄  
sacramētū volūtatis sue secundū benepla-  
citū eius quod p̄posuit in eo in dispensati-  
one plenitudinis temporū instaurare oīa  
in xp̄o q̄ in celis et q̄ in terra sunt in ip̄o.  
In quo etiā nos sorte vocati sumus: p̄de-  
stinati secundū p̄positū eius q̄ opatur om-  
nia secundū p̄siliū volūtatis sue: vt sim⁹  
in laudem gl̄ie ei⁹ nos q̄ ante sperauimus  
in cristo. In quo et vos cuz audissetis ver-  
bum veritatis euangelium salutis vestre:  
ī q̄ ⁊ credētes signati estis spiritu promissi-  
onis sācto: qui est pignus hereditatis nr̄e  
in redemptionem acquisitionis in laudem  
glorie ipsius. Propterea et ego audies fi-  
dem vestram que est in cristo ihesu et dile-  
ctionem ī om̄es sanctos: non cesso gracias

agens p vobis memoriam vestri faciēs in orationibus meis: ut deus dñi nri ihu cristi pater glie det vobis spirituz sapiēcie ⁊ reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri: ut sciatis que sit spes vocatonis ei⁹ et q̄ diuicie glie hereditatis eius in sanctis: et q̄ sit supeminēs magnitudo vtutis eius in nos q̄ credim⁹ secundū opationē potencie vtutis quā opatus ē in cristo: suscitans illū a mortuis. et p̄stituēs ab dextrā suā in celestibus sup̄ omnē principatū et potestātē et virtutē et dñationē. et omne nomen qd̄ nominat̄ nō solū in hoc seculo sed etiā in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. Et ip̄m debet caput sup̄ omnem ecclesiā q̄ ē corpus ip̄ius: et plenitudo eius: q̄ omnia in om̄ib⁹ adimplet̄.

## Capitulum.

.II.

**E**t vos qui uiuificauit cum essetis mortui in delictis et peccatis uestris in quo aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius. secundum principem potestatis aeris hui⁹. spiritus qui nunc opatur in filios diffidentie: in quibus et nos omnes aliquando uersati sumus in desiderijs carnis nre faciētes voluntatē carnis et cogitationuz: et eramus natura filij ire sicut et ceteri. Deus autē qui diues ē in misericordia ppter nimiam caritatē suā qui dilexit nos: et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in xpo. cuius gracia estis saluati: et cōresuscitauit ⁊ p̄sere fecit in celestibus in xpo ihu: ut ostenderet in seculis supueniētibus habundātes diuicias gracie sue in bonitate sup̄ nos in xpo ihu. Gracia em̄ estis saluati per fidem: et hoc nō ex uobis. Dei em̄ donū est: nō ex opibus: ut ne quis glietur. Ip̄ius em̄ sumus factura: creati in cristo ihu in opibus bonis: qui preparauit deus ut in illis ambulem⁹. Propter quod memores estote qd̄ aliquando uos eratis gētes in carne qui dicebamini p̄putiū ab ea qui dicit̄ circūcisio in carne manufacta: qui eratis illo in tempe sine xpo alienati a uersatōe isrl̄: et hospites testamētōz. p̄missionis spem non habētes. et sine deo in hoc mūdo. Nūc autē in xpo ihu uos qui aliquando eratis longe facti estis p̄pe: in sanguine xpi. Ip̄e em̄ ē pax nostra qui fecit utraq; unū: et mediū parietem macerie solūēs inimicicias in carne sua: legē mādatorū de cretis euacuās ut duos cōdat

in semetip̄o in uno nouo homine faciēs pacē: ut reconciliet ambos in uno corpore deo p̄ crucem interficiēs inimicicias in semetip̄o: et ueniēs euāgelizauit pacē uobis qui longe fuistis. et p̄ce hīs qui p̄pe: quā p̄ ihm habemus accessū ambo in uno spiritu ad patrē. Ergo iā nō estis hospites ⁊ aduene sed estis ciues sanctorū et domestici dei: sup̄edificati sup̄ fūdamētū apostolorū et p̄pharum ip̄so sūmo angulari lapide xpo ihu: in quo om̄is edificatō p̄structa crescit in templū sanctū in dño. In quo et uos coedificamini in habitaculū dei: in spū sancto.

Ca. .III.

**Q**uius rei gracia ego paul⁹ uictus xpi ihu p vobis gētibus: si tamen audistis dispensatōz gracie dei qui data ē mihi in uob: quā secundū reuelatōz notū mihi factū ē sacramētū sicut sup̄ scripsi in breui put potestis legētes intelligē prudēciā meā in misterio xpi: quod alijs generatōibus nō ē agnitū filijs hominū. sicuti nūc reuelatū ē s̄ctis apl̄is ei⁹ et p̄ph̄tis in spū: esse gētes coheredes et p̄corporales ⁊ p̄participes p̄missionis in xpo ihu p euāgelizū cui⁹ fact⁹ suz ego minister scdm̄ donū gr̄e dei qui data ē mihi scdm̄ operatōz vtutis ei⁹. Mihi em̄ omnium s̄ctorū minimo data est grā hec: in gētibus euāgelizare inuestigabiles diuicias xpi: et illuminare om̄es qui sit dispensatō sacramētū abscōditi a seculis in deo qui om̄ia creauit: ut inotescat principib⁹ et potestatib⁹ in celestibus p̄ ecclesiā mltiformis sapientie dei. secundū p̄finitōz seculoz quā fecit in xpo ihu dño nostro: in quo habemus fiduciā et accessū in p̄fidencia p̄ fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis p vobis: qui ē glia uestra. Qui⁹ rei gracia flecto genua mea ad patres dñi nri ihu xpi ex quo om̄is p̄nitās in celis ⁊ in terra nominatur: ut det uob̄ p̄m diuicias glie sue vtutē. corroboreari p̄ spiritū ei⁹ in interiori hoīne xpm̄ habitare p̄ fidē in cordib⁹ uestris: in caritate radicati et fūdati: ut possitis p̄phendē cū om̄ib⁹ s̄ctis qui sit latitudo ⁊ lōgitudo ⁊ sublimitas ⁊ p̄fūdū. Scire etiam supeminētē sciēcie caritatē xpi: ut impleamini in om̄em plenitudinē dei. Et autē qui potēs ē om̄ia facere sup̄habūdanter quā petim⁹ aut̄ itelligimus secundū vtutē qui opat̄ in nobis: ip̄i gloria in ecclesia et in xpo ihu in om̄es generatōnes seculi seculorum amen.

## Capitulum.

.III.

**O**besecro itaq; vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis uocatione quam uocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia. supportantes inuicem in caritate: solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Unum corpus. unus spiritus: sicut et uocati estis in una spe uocationis uestree. Unus dominus. una fides. unum baptisma. unus deus et pater unum: qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est nisi quod et descendit primum in inferiores partes terre: Qui descendit: ipse est et qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios uero euangelistas alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus misterij in edificationem corporis christi: donec occurrant omnes in unitatem fidei et agnitionis filij dei. in uirum perfectum in mensura etatis plenitudinis christi: ut iam non simus puuli fluctuantes et circumferamur omni uento doctrine in nequicia hominum in astucia ad circumuentionem erroris. Hereditatem autem facientes in caritate crescemus in illo per omnia que est caput christus: ex quo totum corpus compactum et conexum per omnes iuncturam administrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit: in edificationem sui in caritate. Hoc igitur dico et testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut et gentes ambulat in uanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum: et alienati a uita dei per ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum: qui desperantes se ipsos tradiderunt impudencie. in operationem immundicie omnis in auaricia. Hos autem non ita didicistis christum: si tamen illum audistis et in ipso edocti estis sicut est ueritas in ihesu: deponere uos secundum pristinam uersationem ueterem hominem que corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis uestree: et induite nouum hominem que secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo: quem sumus inuicem mem-

bra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locustare dyabolo. Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei: ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis: cum omni malicia. Estote autem inuicem benigni: misericordes inuicem: sicut et deus in christo donauit uobis. **Ca. V.**

**E**stote ergo imitatores dei sicut filij carissimi: et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in uobis. sicut decet sanctos: aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas que ad res non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc est scitote intelligentes: quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est ydolorum fuit non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo uos seducat in uanis uerbis: propter hec enim uenit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Gratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et ueritate. Probantes quod sit beneplacitum deo: et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis: turpe est et dicere. Omnia autem que arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur. lumens est. Propter quod dicit. Surge qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. Uidete itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes sed ut sapientes: redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit uoluntas dei. Et nolite iebriari uino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes uobismetipsis in psalmis ymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus uestris domino: gratias agentes sepe pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi deo et patri. Subiecti inuicem: in timore christi. Mulieres uiris suis sicut deo: quem uir caput est

mulieris sicut xp̄us caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est cristo: ita et mulieres viris in omnibus. Viri diligite uxores vestras sicut et xp̄us dilexit ecclesiam: et seipm̄ tradidit p̄ ea ut illā sanctificaret mundans eam la uacro aque ī ōbo vitę: ut exhiberet ipse si bi gloriosam ecclesiam nō habentēz macu lam aut rugam aut aliq̄b huiusmodi: sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri de bent diligere uxores suas: ut corpora sua. Qui suas uxore diligat: seipm̄ diligit. Ne mo ei vnq̄ carnē suā obio habuit: sed nu trit et fouet eā sicut et xp̄us ecclesiā: quia mēbra sumus corporis ei⁹ de carne ei⁹ et de ossibus ei⁹. Propter hoc reliquet homo pa trem et matrē suam: et adheret uxori sue. et erūt duo i carne vna. Sacramētum hoc magnum est. Ego aut̄ dico: in xp̄o et i ec clesia. Querūtamē et vos singuli vnusquisqz uxore suam sicut seipm̄ diligit: uxor autē timeat uir suum.

Capitulum. VI.

**H**ilij obedite parentibz vris in dño. Hoc em̄ iustū est. Honora patrem tuū et matrē tuā: qd̄ ē mandatū primuz in p̄missione: ut bene sit tibi et sis longeuus sup̄ terraz. Et vos patres nolite ad iracundiaz puocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione dñi. Serui obedite dñis carnalibus cū ti more et tremore. in simplicitate cordis ve stri sicut xp̄o: nō ad oculū seruiētes quasi homibus placētes: sed ut serui xp̄i faciētes uolūtatem dei: ex animo cū bona uolūta te seruiētes sicut domino et nō homibus: sciētes qm̄ vnusqz qd̄cūqz fecerit bonuz hoc recipiet a dño siue suus siue liber. Et vos dñi eadē facite illis remittētes minas. sciētes qz et illoz et v̄r dñs ē i celis: et p̄so naz acceptio n̄ ē apud deū. Decetero fr̄es p̄fortamī i dño. et i potēcia ututis ei⁹. In duite vos armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias dyaboli: qm̄ nō ē nobis colluctatō aduersus carnē et sanguinē sed aduersus p̄ncipes et potestates: aduersus mūdi rectores tenebray haz. cōtra spirita lia neq̄cie i celestibz. Propt̄ea accipite ar maturā dei ut possitis resistere in die ma lo: et i omnibz p̄fecti stare. State ḡ succicti lūbos vros i ueritate: et induiti lorica iu

sticie: et calciati p̄ pes i p̄paratōez euāgelij pacis. In omnibus sumētes scutū fidei in q̄ possitis omnia tela neq̄ssimi ignea extin guere: et galeam salutis assumite. et gladi um spiritus quod est ōbum dei: p̄ omnem orationē et obsecratōz orātes omni tempe in spiritu et in ipso uigilātes in omni in stancia et obsecratiōe p̄ omnibus sanctis et p̄ me: ut def̄ mibi sermo in apertione oris mei cū fiducia notum facere misteriu euā gelij pro q̄ legatōe fungor in cathena: ita ut in ipso auteaz put oportet me loq̄. Et autem et vos sciatis que circa me sūt quibz agam: omnia uobis nota faciet tichic⁹ ca rissimus frater et fidelis minister in domi no: quē misi ad uos i hoc ipm̄ ut p̄gnosca tis que circa nos sūt: et p̄solez corda uestra. Pax fratribz et caritas cum fide a deo p̄re nostro et domino ihesu cristo. Gracia cum omnibz q̄ diligūt dominū nostrū ihesū cri stum in corruptōne amen.

Explicit epistola ad ephesios. Incipit argumētū in epistolam ad philippenses.

**P**hilippenses sunt macedones. h̄ij acce pto ōbo ueritatis p̄stiterūt i fide: nec receperunt falsos apostolos. Nos collaudat apostolus: scribēs eis a ro ma de carcere per epafroditū.

Finitur argumētū. Incipit epistola ab philippenses.

**A**ulus et thimothe⁹ sui ihu xp̄i: omnibz sāctis in cristo ihu q̄ sūt philippis cū epi scopis et dyaconibus. Gra cia uob et pax a deo patre nostro: et dño ihu cristo. Gracias ago deo meo i omni memoria v̄ri semp i cūctis orōnibz meis p̄ omnibus uob cū gaudio de p̄catōz faciēns sup̄ p̄munica tōnē v̄ram i euāgelio xp̄i a primo die usqz nūc: p̄fidens hoc ipm̄ qz qui cepit in uobis opus bonū p̄ficiet usqz in diem xp̄i ihesu. Sicut est mibi iustum hoc sentire p̄ omni bus uobis: eo qz habeam uos in corde et i uinculis meis et in defensione et confirma tione euangelij: socios gaudij mei omnes uos esse. Testis enim mibi ē deus quomo do cupiam omnes uos in uisceribus ihesu

cristi. Et hoc oro: ut caritas v̄ra magis ac magis habundet in omni sciēcia ⁊ in omni sensu: ut p̄betis potiora. ut sitis sinceres ⁊ sine offensa ī diē xp̄i: repleti fructu iusticie p̄ ih̄m xp̄m in laudē et gl̄iam dei. Scire aut̄ volo vos fr̄es: q̄ circa me sūt magis ad p̄fectū venerūt euangelij. ita ut vincula mea manifesta fierēt in xp̄o. ī omni p̄torio et in ceteris omnib: ut pl̄es e fratribus ī d̄no. p̄fidētes ī vincul̄ meis. habūdāti⁹ auderēt sine timore verbū dei loq̄. Quidam q̄dem et p̄pter iūdiā et p̄tentionē: q̄dā aut̄ et p̄pter bonā volūtātē xp̄m p̄dicant. Quidā ex caritate: sciētes qm̄ in desēsioez euāgelij posit⁹ sūt. Quidā at̄ ex p̄tēōe xp̄m ānunciāt nō sincere: existimātes p̄ssuram se sulcitare vincul̄ meis. Quid em̄? Dū omni modo siue p̄ occasionē siue p̄ veritatem xp̄us ānunciatur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Scio em̄ qz hoc mihi pueniet ad salutē. p̄ v̄ram oratōz ⁊ sūministratōz spūs ih̄esu xp̄i. secundū expectatōz et spem meā qz ī nullo cōfundar: sed ī omni fiducia sic semp ⁊ nūc magnificabi⁹ xp̄us in corpore meo: siue p̄ vitam siue p̄ mortē. Mihi em̄ viuere xp̄us ē: ⁊ mori lux. Quod si viuere ī carne. hic mihi fructus opis ē: ⁊ qd̄ eligam ignoro: coartor aut̄: e duobz desiderii habēs. Dissolui ⁊ esse cū cristo mltomagis melius: p̄manere aut̄ ī carne. necessarium ē p̄pter vos. Et hoc p̄fidēs sciēs qz manebo et p̄manebo omnibz vob̄ ad p̄fectū v̄r̄m et gaudiū fidei: ut gratulatio v̄ra abundet in xp̄o ih̄u ī me: p̄ meū aduentū itēz ad vos. Tantū digne euangelio xp̄i p̄uersami: ut siue cū venero et videro vos. siue absēs audiam de vob̄: qz statis ī vno spiritu. vnanimēs. collaborātes fidei euāgelij: et ī nullo terreamini ab aduersarijs q̄ est illis causa p̄ditionis: vobis aut̄ salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatū est p̄ xp̄o. nō solum ut in eū credatis s̄ ut etiā p̄ illo paciāmi: idē certamen habētes q̄le et vidistis ī me ⁊ nō audistis de me.

**Capitulū. II.**

**I**q̄ ergo p̄solatio ī xp̄o. si qd̄ solatiū caritatis. si q̄ societas spūs. si q̄ viscera miseratōis: implete gaudium meū. ut idē sapiatis. eandē caritatē habētes: vnanimēs. idēp̄m sciētes. Nihil p̄tentionem neqz p̄ inanem gl̄iam: s̄ in humilitate superiores sibi inuicēz arbitrātes: n̄

que sua sūt singuli cōsiderātes. s̄ ea q̄ aliorum. Hoc em̄ sentite in vobis: qd̄ est ī xp̄o ih̄esu. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetip̄m exinaniuit formam sui accipiēs in similitudinē hominū fact⁹: et habitu inuēt⁹ ut homo. humiliavit semetip̄m factus obediēs vsqz ad mortē: mortē aut̄ crucis. Propter quod deus exaltauit illum. ⁊ donauit illi nomē qd̄ ē sup̄ omne nomē: ut ī nomine ih̄esu omne genu flectat̄ celestiū. terrestrīū et infernorū: et omnis lingua p̄fiteatur qz domin⁹ ih̄esus cristus ī gl̄ia ē dei patris. Itaqz carissimi mei sicut semper obedistis: nō ī p̄sencia mei tm̄ sed mltomagis nūc in absēcia mea: cum metu et tremore v̄ram salutēz opamini. De⁹ ē em̄ qui opatur in vobis et velle et proficere pro bonā voluntate. Omnia at̄ facite sine murmurationibz ⁊ hesitationibz: ut sitis sine q̄rela et simplices filij dei sine rep̄ensione ī medio natōnis prauē ⁊ p̄uersē: inter q̄s lucetis sicut luminaria in mundo. v̄bum vitę p̄tinentes ad gl̄iam meā in diē cristi: qz nō in vacuū cucurri neqz ī vacuū laboraui: s̄ et si immolor sup̄ sacrificiū et obsequiū fidei v̄re: gaudeo ⁊ p̄gratuloz omnibus vob̄. Idēp̄m aut̄ et vos gaudez ⁊ p̄gratulamini mihi. Spero aut̄ ī domino ih̄esu thimotheum me cito mittere ad vos: ut ⁊ ego bono aīo sim p̄gnit̄is q̄ circa vos s̄. Neminē em̄ habeo tam vnanimēz: q̄ sincera affectōe p̄ vobis solicit⁹ sit. Omnes em̄ q̄ sua sūt q̄rūt: nō q̄ sūt ih̄u xp̄i. Experimētū aut̄ ei⁹ p̄gnoscite: qz sicut patri fili⁹ me cū fuiuit ī euangelio. Dunc igit̄ spero me mittere ad vos: mox ut videro q̄ circa me sūt. Cōfido aut̄ ī d̄no: qm̄ ⁊ ip̄e veniā ad vos cito. Necessariū autē existimaui ep̄afroditū fr̄em et copatorē et p̄militonē meū. v̄r̄m aut̄ apl̄m. ⁊ ministrū necessitatis mee. mittē ad vos: qm̄quidē omnes vos desiderabat: ⁊ mestus erat p̄p̄tea qz ⁊ audieratis illū ifirmatū. Nā ⁊ infirmat⁹ ē vsqz ad mortē: s̄ de⁹ misertus ē ei⁹. Nō solū aut̄ eius: verūeciā et mei: ne tristitiā sup̄ tristitiā h̄ēz. Festinati⁹ s̄ mihi illū: ut viso eo itēz gaudeatis: ⁊ ego sine tristitiā sim. Excipite itaqz illū cū oī gaudio in d̄no: ⁊ eiusmodi cū honore habetoz quoniam p̄pter opus cristi vsqz ad mortēz accessit. tradens animaz suam. ut impletet

id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

Capitulum. .III.

**D**ecetero fratres mei gaudete in domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum: vobis autem necessarium. Videte canes: videte malos operarios: videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio qui spiritu fuimus deo: et gloriamur in christo ihesu et non in carne fiducia habentes: quamquam et ego habeam conscientiam in carne. Si quis alius videtur profiteri in carne: ego magis. circumcisus octava die ex genere israel de tribu beniamin: hebreus ex hebreis secundum legem phariseus: secundum emulationem persequens ecclesiam dei: secundum iusticiam quam in lege est peruersatus sine querela. Sed quae mihi fuerunt lucra: haec arbitratus sum propter christum detrimenda. Veruntamen existimo omnia detrimendum esse propter eminentem scienciam ihesu christi domini mei: propter quem omnia detrimendum feci et arbitror ut stercoza ut christum lucrificam: ut et inueniar in illo non habens meam iusticiam que ex lege est: sed illam que ex fide est christi. que ex deo est iusticia in fide ad agnoscendum illum. et virtutes resurrectionis eius. et societatem passionum illius. figurat? morti eius: si quo modo occurrat ad resurrectionem quam est ex mortuis: non quod iam acciperim aut iam perfectus sum. Sequor autem si quod comprehendam in quo et comprehensus sum a christo ihesu. Fratres: ego me non arbitror comprehendisse. Annum autem: que quidem retro sunt obliuiscens ad ea vero quae sunt priora extendens meipsum: ad destinatum persequor. ad brauium superne vocacionis dei in christo ihesu. Quicumque ergo perfecti sumus hoc scienciam?: etsi aliquis aliud sapitis: et hoc vobis deus revelauit. Veruntamen ad quod peruenimus ut idem sapiamus?: et in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: et obseruate eos quae ita ambulat sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat quos sepe dicebam vobis: nunc autem et flens dico inimicos crucis christi: quorum finis interit?: quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem peruersatio in celis est. Unde etiam saluatore expectamus dominum nostrum ihesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostrae figuratum corpori claritatis suae: secundum operationem quam etiam possit subicere sibi omnia.

Capitulum. .III.

**I**taque fratres mei carissimi et desiderantissimi: gaudium meum et corona mea: sic stete in domino carissimi. Eucharistiam rogo et synthicen deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar: adiuua illas que mecum laborauerunt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis: quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et obseruatione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei quae exuperat omnes sensus: custodiat corda vestra et intelligentias vestras in christo ihesu. Decetero fratres quicumque sunt vera. quicumque pudica. quicumque iusta. quicumque sancta. quicumque amabilia. quicumque bone fame: si quae virtus. si quae laus discipline. haec cogitate: que et didicistis. et accepistis. et audistis. et vidistis in me. Haec agite et deus pacis erit vobiscum. Gaudisus sum autem in domino vehementer quoniam tandem aliquando resloruistis pro me sentire sicut et sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et humiliari: scio et habundare. Ubique et in omnibus institutus sum: et faciam et esurire et habundari et penuriam pati. Omnia possum: in eo quod me confortat. Veruntamen bene fecistis: communicantes tribulationi mee. Scitis autem et vos philipenses quod in principio euangelij quando perfectus sum a macedonia. nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati et accepti. nisi vos soli: quia et thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. Non quia quero datum: sed requiro fructus habundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia: et habundo. Repletus sum acceptis ab epafrodito: quod misistis in odorem suauitatis hostiam acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuicias suas in gloria in christo ihesu. Deo autem et patri nostro gloria: in secula seculorum amen. Salutate omnem sanctum in christo ihesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti: maxime autem qui de caesaris domo sunt. Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro amen.

Finis epistole ad philipenses. **I**ncipit  
epistole ad colosenses argumētū.

**C**olosenses. et hij sicut et laodicenses  
sūt asiani: et ipsi preuenti erant a  
pseuto apostolis. nec ad hos acces-  
sit ipse apostolus sed et hos p eplam corri-  
git. Audierant enim verbum ab arcippo: q̄  
et ministeriū in eos accepit. Ergo aposto-  
lus iam ligatus scribit eis ab epheso p ti-  
thicum dyaconem et onesimum acolitum.

**E**xPLICIT argumentum. **I**ncipit epistola  
ad colosenses.

**A**ulus apostolus ihesu cris-  
sti per voluntatē dei. et thi-  
motheus frater: hijs q̄ sūt  
colosis. sāctis et fidelibz fra-  
tribus in cristo ihesu. Gra-  
cia vobis et pax a deo p̄re  
nostro. Graciam agimus deo et patri domi-  
ni nostri ihesu cristi semper p vobis oran-  
tes: audientes fidem vestrā in cristo ihesu  
et dilectionē quam habetis in sanctos om-  
nes propter spem que reposita est vobis ī  
celis: quā audistis in v̄bo veritatis euan-  
gelij quod puenit ad vos sicut et ī vniver-  
so mundo est: et fructificat et crescit sicut  
in vobis ex ea die qua audistis et cognoui-  
stis grāciam dei in veritate: sicut didicistis  
ab epafra carissimo conserua nostro: q̄ est  
fidelis pro vobis minister cristi ihesu. Qui  
etiam manifestauit nobis dilectionē v̄raz  
ī spiritu. Ideo et nos ex qua die audiui-  
m̄ nō cessamus p vobis orantes: et postulan-  
tes vt impleamini agnitione voluntatis ei-  
us in omni sapientia et intellectu spiritali: vt  
ambuletis digne deo p omnia placentes: ī  
omni opere bono fructificantes et crescē-  
tes in sciencia dei: in omni virtute p̄forta-  
ti secundū potēciam claritatis eius ī om-  
ni paciencia et longanimitate: cuz gaudio  
gracias agentes deo patri: qui dignos nos  
fecit in partem sortis sanctorū in lumine.  
Qui eripuit nos de potestate tenebrarū: et  
transtulit in regnum filij dilectionis sue: ī  
quo habemus redēptionem et remissionē  
peccatorum. Qui est ymago dei inuisibilis.  
primogenitus omnis creature: quoniam ī  
ipso p̄bita sunt vniversa in celis et in terra  
visibilia et inuisibilia. Siue throni siue do-  
minatōes siue principat⁹ siue p̄tates: oīa

in ipso et p ipsuz creata sunt. Et ipse ē an-  
te omnes: et omnia in ipso p̄stant. Et ipse  
est caput corporis ecclesie qui est principi-  
um primogenitus ex mortuis: vt sit omni-  
bus ipse primatum tenens. Quia in ipso cō-  
placuit omnem plenitudinem inhabitare:  
et p ipsum recōciliari omnia in ipso. paci-  
ficans p sāguinem crucis eius siue que in  
terris siue que ī celis sunt. Et vos cū esse-  
tis aliquādo alienati et inimici sensu. ī ope-  
ribus malis: nūc autē reconciliati in cor-  
pore carnis eius per mortem. Exhibē vos  
sanctos et immaculatos et irreprehensibi-  
les coram ipso: si tamen pmanetis ī fide fū-  
dati et stabiles et immobiles a spe euange-  
lij quod audistis: quod p̄dicatum est ī vnī-  
uersa creatura que sub celo est: cui⁹ factus  
sum ego paulus minister: qui nūc gaudeo  
in passionibz p vobis: et abimleo ea q̄ de-  
sunt passionum cristi in carne mea p cor-  
pore eius quod est ecclesia. Cuius fact⁹ sū  
ego minister secundum dispensationē dei  
que data est mihi in vobis: vt impleaz ver-  
bum dei. misterium quod abscondituz fu-  
it a seculis et generatōnibz: nūc autē mani-  
festatū est sanctis eius quibus voluit deus  
notas facē diuitias glorie sacramēti hui⁹  
in gētibus: q̄ est cristus ī vobis spes glo-  
rie. quem nos ānunciam⁹: corripientes om-  
nem hominem et docentes in omni sapien-  
cia: vt exhibeamus omnem hominem per-  
fectum in cristo ihesu: in quo et laboro ce-  
tando secundum operationem eius quam  
operatur in me in v̄tute. **C**api. **II.**

**V**olo em̄ vos scire qualem sollicitudinē  
habeam p vob et p hijs q̄ sūt laodi-  
cie. et quocunqz nō viderūt faciē meā  
in carne: vt cōsolentē corda ipoz īstructi ī  
caritate et ī om̄s diuicias plenitudinis in-  
tellectus ī agnitione misterij dei patris cristi  
ihu: ī q̄ sūt om̄s thesauri sapiencie et sciē-  
cie absconditi. Hoc autē dico: vt nemo vos  
decipiat ī sublimitate s̄monū. Nāetsi cor-  
pore absens sū: s̄ spū vobiscū suz gaudēs et  
vidēs ordinē v̄rm. et firmamētū. et q̄ ī xp̄o  
ē fidei v̄re. Sicut ergo accepistis ihm xp̄m  
dñm n̄rm ī ipso ābulate: radicati et supedi-  
ficati ī ipso. et p̄firmati ī fide sicut et didici-  
stis: habūdātes ī illo ī grāruactōe. Elidete  
ne q̄s vos decipiat p philosophiaz et ianem  
fallaciam: secundum traditionē hominum

secundū elemēta mūdi: et nō secundū xp̄m.  
 Quia in ip̄o inhabitat om̄is plenitudo di-  
 uinitatis corporaliter: et estis in illo repleti  
 q̄ ē caput om̄is p̄ncipat⁹ et potestatis. In  
 quo et circūcisi estis circūcisione nō ma-  
 nufacta in expoliatōe corporis carnis: sed in  
 circūcisione xp̄i sepulti ei in baptismo: in  
 quo et resurrexistis p̄ fidem op̄atōnis dei q̄  
 suscitauit illū a mortuis. Et vos cuz mor-  
 tui essetis in delictis et p̄putio carnis v̄re  
 diuificauit cū illo donās vob om̄ia deli-  
 cta: delēs qd̄ aduersus nos erat cyrogphū  
 decreti qd̄ erat p̄trariū nob̄. Et ipsuz tulit  
 de medio affigēs illud cruci: et expoliās p̄n-  
 cipat⁹ et potestates eduxit p̄fidēter: palam  
 triūphās illos in semetip̄o. Nō ḡ vos iudi-  
 cet in cibo aut in potu aut in p̄te diei festi aut  
 neomenie aut sabbatorū q̄ sūt umbra futu-  
 roꝝ: corpus aut xp̄i. Nemo vos seducat vo-  
 lēs in humilitate et religione angloꝝ q̄ non  
 vidit. ambulās frustra in flatus sēsū carnis  
 sue: et nō tenēs caput ex q̄ totū corp⁹ p̄ne-  
 rus et p̄iūctōnes sūministratū et p̄structū  
 crescit in augmentum dei. Si ḡ mortui estis  
 cū xp̄o ab elemētis hui⁹ mūdi: quid adhuc  
 tāq̄ viuētēs in mūdo discernitis. Ne tēge-  
 ritis. neq̄ gustaueritis. neq̄ contrectaue-  
 ritis: q̄ sūt om̄ia in interitu ip̄o vsu secundū  
 p̄cepta et doctrinas hominū: q̄ sūt rationez  
 q̄tem habētia sapiēcie in supstitōe et humili-  
 tate et nō ad p̄cendū corpori: nō in bono-  
 re aliq̄ ad saturitatē carnis. **Ca. III.**

**I**tem si cōsurrexistis cū xp̄o q̄ sursū  
 sunt q̄rite ubi xp̄us ē in dextra dei  
 sedens: q̄ sursū sūt sapite: nō q̄ sup  
 terrā. Mortui em̄ estis et vita v̄ra abscon-  
 dita ē cū xp̄o in deo: cū aut xp̄us apparuerit  
 vita v̄ra: tunc et vos apparebitis cū ip̄o in  
 glia. Mortificate ḡ mēbra v̄ra que sūt sup  
 terrā: fornicatōz. immūdiā. libidinē. p̄cu-  
 piscēciā malā. et auariciā. q̄ ē simulacroz  
 p̄uitus: p̄pter q̄ venit ira dei sup filios incre-  
 dulitatis. in q̄b et vos ambulastis aliq̄ndo  
 cū viueretis in illis. Nūc aut deponite et vos  
 om̄ia: irā. idignatōz. maliciā. blasphemā.  
 turpē s̄monē de ore v̄ro. Nolite mētiri inui-  
 cem: expoliātes vos veterē hoīnē cū acti-  
 bus suis et induētes nouū euz q̄ renouat̄  
 in agnitōz dei: secundū ymaginē ei⁹ q̄ creauit  
 eū: ubi nō ē masculus et femia gētilis et iu-  
 deus: circūcisio et p̄putiū. barbar⁹ et scita.

suus et liber: s̄ om̄ia et in om̄ib⁹ xp̄us. In-  
 duite vos ergo sicut electi dei facti et dile-  
 cti viscera misericordie: benignitatē. hūili-  
 tatem. modestiam. paciēciā. supportan-  
 tes inuicē et donātes vobismetip̄is si quis  
 aduersus aliquē habet q̄relam: sicut et do-  
 min⁹ donauit vob̄ ita et vos. Sup om̄ia  
 aut̄ hec caritatē habete qd̄ ē vinculū perfe-  
 ctōnis: et pax xp̄i exultet in cordib⁹ v̄ris.  
 in qua et vocati estis in vno corpe: et ḡti esto-  
 te. Verbū cristi habitet in vobis habundan-  
 ter: in omni sapiēcia docētes et p̄monentes  
 vosmetip̄os in psalmis ymnis et cāticis spi-  
 ritualib⁹ in gracia ctāates in cordib⁹ v̄ris deo.  
 Om̄e qd̄cūq̄ facitis in v̄bo aut in opere: om̄-  
 nia in nomie dñi n̄ri ihu xp̄i: gracias agen-  
 tes deo et patri per ip̄m. Mulieres subdite  
 estote viris: sicut oportet in dño. Viri dili-  
 gite vxores v̄ras: et nolite amari esse ad il-  
 las. Filij obedite parentibus p̄ om̄ia: hoc em̄  
 placitū ē in dño. Patres nolite ad iracūdiā  
 puocare filios v̄ros: vt n̄ pusillo aīo fiāt.  
 Serui obedite p̄ om̄ia dñis carnalib⁹: n̄  
 ab oculum s̄uētēs q̄i homib⁹ placētēs: sed  
 in simplicitate cordis timētēs deū. Quodcū-  
 q̄ facitis. ex animo op̄amini. sicut dño et  
 nō homib⁹: sciētēs q̄ a dño accipietis re-  
 tributōz hereditatis. Dom̄io cristo s̄uite.  
 Qui em̄ iniuriā facit recipiet id qd̄ iniq̄ ges-  
 sit: et nō ē personaz acceptio apud deū.

**D**om̄i qd̄ iustū ē et equū **Ca. III.**  
 suis p̄state: sciētēs q̄ et vos dñm  
 habetis in celo. Orationi instate vi-  
 gilātes in ea in gr̄arū actōe: orantes simul et  
 p̄ nob̄: vt de⁹ apiat nob̄ ostiuz s̄monis ad  
 loquēdū misterii xp̄i: p̄t qd̄ etiā v̄ict⁹ sū:  
 vt maifestem illud ita vt oportet me loqui  
 in sapiēcia ambulate ad eos qui foris s̄t:  
 tempus redimētēs. Sermo vester semper  
 in gracia sale sit cōdit⁹: vt sciatis quō opor-  
 teat vos vnicuiq̄ respōdere. Que circa me  
 sūt om̄ia vob̄ nota faciet tychicus caris-  
 simus frater et fidelis mīster et p̄seruus in  
 domino: quem misi ad vos ad hoc ipsuz vt  
 cōgnoscat que circa vos sūt: et consoletur  
 corda v̄stra cū onesimo carissimo et fideli  
 fratre q̄ ex vobis ē: qui om̄ia q̄ hic agun-  
 t̄ nota faciēt vobis. Salutat vos aristar-  
 cus cōcaptiuus meus: et marcus consobri-  
 nus barnabe: de quo accepistis mandata.  
 Si venerit ad vos: suscipite illū. Et ihus q̄

dicitur iustus: qui sunt ex circuncisione. **N**on solum sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerunt solatio. **S**alutat vos epafraas qui ex vobis est frater christi ihesu: semper sollicitus pro vobis in orationibus: ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate dei. **T**estimonium enim illi perhibeo: quod habet multum laborum pro vobis et pro hijs qui sunt laodice et qui ierapoli. **S**alutat vos lucas medicus carissimus: et demas. **S**alutate fratres qui sunt laodice et nymphan: et que in domo eius est ecclesia. **E**t cum lecta fuerit apud vos epistola hec. facite ut et in laodicensium ecclesia legatur: et eam que laodicensium est vobis legatur. **E**t dicite arcippo. **V**idete misterium quod accepisti in domino: ut illud impleas. **S**alutatio mea manu pauli. **M**emores estote vinculorum meorum. **G**racia domini ihesu vobiscum amen.

**E**xPLICIT epistola ad colosenses. **I**NCIPIT argumentum in epistola ad thessalonicenses primam.

**T**hessalonicenses sunt macedones: qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: etiam in persecutione civium suorum. **P**reterea nec receperunt falsos apostolos: nec ea que a falsis apostolis dicebantur. **H**os collaudat apostolus scribens eis ab athenis: per titicum dionysium. et onesimum acolitum.

**F**INIS huius argumenti. **I**NCIPIT epistola prima ad thessalonicenses.

**P**aulus et silvanus et thimotheus: ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo: gratia vobis et pax. **G**racias agimus deo semper pro omnibus vobis memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione: memores operis fidei vestre et laboris. et caritatis. et sustinentie spei domini nostri ihesu christi: ante deum et patrem nostrum. **S**cientes fratres dilecti a deo electionem vestram: quia evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. **E**t vos imitatores nostri facti estis et domini: eripientes verbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus

credentibus in macedonia et in achaia. **A**d vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in macedonia et in achaia: sed et in omni loco fides vestra que est ad deum perfecta est: ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. **I**psi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerim ad vos: et quomodo conversi estis ad deum a simulacris servire deo vero et vivo: et expectare filium eius de celis quem suscitavit ex mortuis ihesum: quia eripuit nos ab ira ventura. **C**apitulum. **I**I.

**N**am ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos. quia non iamis fuit: sed ante passi multa: et contumelios affecti sicut scitis in philippis: fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos evangelium dei in multa sollicitudine. **E**xhortatio enim nostra non de errore neque de immundicia neque in dolo. sed sicut probati sumus a deo ut crederetur nobis evangelium ita loquimur: non quasi hominibus placentes: sed deo qui probat corda nostra. **N**eque enim aliquando fuimus in sermone adulatores sicut scitis: neque in occasione avaricie deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab alijs cum possemus vobis oneri esse ut christi apostoli. **S**ed facti sumus parvuli in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide. volebam tradere vobis non solum evangelium dei sed etiam animas nostras: quoniam carissimi nobis facti estis. **M**emores enim facti estis fratres laboris nostri et fatigationis: die et nocte operantes. ne quem vestrum gravemus: predicavimus in vobis dei evangelium. **V**os testes estis et deus: qui sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis fuimus sicut scitis: qualiter unumquemque vestrum sicut pater filios suos deprecantes vos et consolantes: testificati sumus ut ambularetis digne deo qui vocavit vos in suum regnum et gloriam. **I**deo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditum dei. accepistis illud non ut verbum hominum sed sicut est vere verbum dei: qui operatur in vobis qui credidistis. **V**os enim imitatores facti estis fratres ecclesie dei que sunt in iudea in christo ihesu: quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris sicut et ipsi a iudeis: qui et dominum occiderunt ihesum et prophetas et nos persecuti

sunt: et deo non placet. et omnibus hominibus aduersant: prohibentes nos gentilibus loqui ut salue fiant: ut impleant peccata sua sepe. Preuenit ei ira dei super illos usque in finem. Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus ore. aspectu non corde: habundanti festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio: quam nolumus venire ad vos. Ego quidem paulus et semel et iterum: sed impeiuit nos sathanas. Que est enim nostra spes aut gaudium aut corona glorie: Nonne vos ante dominum nostrum iesum christum in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

Capitulum.

.III.

**P**ropter quod non sustinentes amplius. placuit nobis remanere athenis solis: et misimus thimotheum fratrem nostrum et ministrum dei in euangelio christi ad confirmandos vos et exhortandos per fide vestra: ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis: quod in hoc positi sumus. Nam et cum apud vos essemus predicabamus vobis passuros nos tribulationes: sicut et factum est et scitis. Propterea et ego amplius non sustinens nisi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte temptauerit vos is qui temptat: et inanis fiat labor noster. Nunc autem veniente thimotheo ad nos a vobis et annuntiante nobis fidem et caritatem vestram: et quia memoria nostri habetis bonam: semper desiderantes nos videre. sicut et nos quod vos: ideo consolati sumus fratres. in vobis in omni necessitate et tribulatione nostra per fidem vestram: quoniam nunc vivimus: si vos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deum nostrum: nocte ac die habundantius orantes ut videamus faciem vestram et conpleamus ea que desunt fidei vestre: Ipse autem deus et pater noster et dominus iesus christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet: et habundare faciat caritatem vestram inuicem et in omnes: quemadmodum et nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum et patrem nostrum in aduentu domini nostri iesu christi cum omnibus sanctis eius amen.

Capitulum.

.quartum.

**D**ecetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus in domino iesu: ut quemadmodum accepistis a nobis quod oporteat vos ambulare et placere deo sicut et ambulatis: ut abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum iesum. Hec est autem voluntas dei sanctificatione vestra ut abstineatis vos a fornicatione: ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore: non in passione desiderij sicut et gentes que ignorant deum. Et ne quis supgrebatur neque circumueniat in negotio fratrem suum: quam vindicta est dominus de his omnibus sicut predicimus vobis et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immundiciam: sed in sanctificationem. Itaque que hec spernit non hominem spernit sed deum: qui etiam debet spiritum suum sanctum in nobis. De caritate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi enim vos a deo didicistis: ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres: in vniuersa macedonia. Rogamus autem vos fratres ut habundetis magis: et opera detis ut quieti sitis. et ut vestrum negocium agatis. ut operamini manibus vestris sicut precepimus vobis: et ut honeste ambuletis ad eos que foris sunt. et nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres dormientibus: ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui vivimus qui residui sumus: in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangelij: et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos que vivimus qui relinquamur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Capitulum.

.V.

**D**e temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribam vobis. Ipsi enim diligenter scitis: quod dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerit pax et securitas: tunc repente eis superueniet interitus sicut dolor in utero habentis: et non effugiet. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut vos

bies tanq̄ fur p̄prehendat. Om̄es em̄ vos filij lucis estis: et filij diei. Non estis noctis neq; tenebrarum. Igitur nō dormiam⁹ sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiūt: et qui ebrij sunt nocte ebrij sūt. Nos autē qui diei sumus sobrii sumus: induiti lorica m̄ fidei et caritatis et galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in iram sed in acquisitionem salutis per dominū nostrum ihesum cristum qui mortuus est pro nobis: ut siue vigilemus siue dormiamus: simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem et edificate alterutrum: sicut et facitis. Rogamus autem vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos. et presunt vobis in domino. et monēt vos: ut habeatis illos habundantius in caritate et propter opus illorum: et pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos. consolamini pusillanimes. suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Elitete ne quis malus pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo ihesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: p̄phicias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autē de⁹ pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri ihesu christi seruetur. Fidelis est deus qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres: orate pro nobis. Salutate fratres omnes: in osculo sancto. Adiuro vos per dominum: ut legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus. Gracia domini nostri ihesu christi vobiscum amen.

Finitur epistola p̄ma ad thessalonicenses  
Incipit argumentum in epistolam secundā

**A**d thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus: et notum facit eis de temporibus nouissimis et de aduersarij deiectione. Scribit hanc epistolam ab athenis per titum dyaconem et onesimum acolitum.

Explicit argumentum Incipit epistola secunda ad thessalonicenses.

**D**aulus et siluanus et thimotheus ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo: gracia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Graciam agere debemus semper deo pro vobis fratres ita ut dignum est: quoniam supercreuit fides vestra et habundat caritas vniuscuiusque vestrum inuicem: ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro paciencia vestra et fide et in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei: ut digni habeamini in regno dei pro quo et patientini: si tamē iustum est apud deum retribuere retributiones hijs qui vos tribulant: et vobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione domini ihesu de celo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam hijs qui non nouerunt deum et qui non obediunt euangelio domini nostri ihesu christi. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini et a gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis. et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis ut dirigat vos uocatione sua vocare deus: et impleat omnem voluntatem bonitatis sue et operum fidei in virtute: ut clarificetur nomen domini nostri ihesu christi in vobis: et vos in illo: secundum gratiam dei nostri et domini ihesu christi.

Capitulum.

.II.

**R**ogamus autem vos fratres pro aduentu domini nostri ihesu christi et nostre congregationis in ipso: ut non cito moueamini a vobis sensu neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolas tanquam pro nos missam. quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Non retinetis quod cum adhuc esset apud vos hec dicebam vobis. Et nunc quod detineat scitis: ut

reuelat in suo tēpore. Nam misterium iaz operatur iniquitatis: tūc ut qui tenet nūc. teneat: donec de medio fiat. Et nūc reuelabitur ille iniquus quē dñs ihesus interficiet spū oris sui: et destruet illustratione aduentus sui: eū cuius est aduentus secundū operationem sathane in omni stute et signis et prodigijs mendacibz et in omni seductione iniquitatis hīs qui periunt: eo quod caritatem veritatis nō receperūt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationē erroris ut credant mēdacio: ut iudicent oēs qui crediderunt veritati: sed p̄serūt iniquitati. Nos autem debem⁹ agere gratias deo semper pro vobis fratres dilecti a deo: quod elegerit nos deus primicias in salutē in sanctificatione spūs et in fide veritatis: in quaz et vocauit vos per euangelium n̄m in acquisitione glorie dñi nostri ihesu xp̄i. Itaqz fratres stete: et tenete traditiones quas didicistis: siue p̄ s̄mones siue p̄ epl̄az n̄raz. Ipse autē dominus n̄r ihesus xp̄c et deus et pater noster quod dilexit nos: et dedit consolationem eternam et spem bonam in grā exhortet corda vestra: et confirmet in omni opere et sermone bono.

**Capitulum.**

**III.**

